men ens dicẽtes oia entia eſſe vnũ: & vtruʒ ſit hoc: qꝛ oia ſunt ſbaʒ
aut quãtitates: aut qualitates. i. vnuʒ in ſba: aut vnuʒ in quãtita/
te: aut in qualitate: & ſic erunt vnũ ſm genus & plura ſm ſpẽm: aut
intendũt per hoc qḋ dicunt: ꝙ oia entia ſunt vnũ ꝙ oia entia ſunt
vnum indiuiduũ. V.g. vnus homo: aut vnus equꝰ: aut intendunt
p hoc qḋ dicũt ꝙ entia ſunt vnũ. i. ꝙ oẽs qualitates ſunt vna quali
tas ſm indiuiduũ. V.g. hoc calidũ & hoc albuʒ. & ꝙ oẽs quãtitates
ſunt vnuʒ indiuiduũ quãtitatis: & alioꝝ indiuiduoꝝ predicamen/
toruʒ. iſta eniʒ que ſignificãt hoc nomẽ ens multũ diſtant: & omnia
ſunt impoſſibilia: hoc eniʒ nomẽ ens aut ſignificat genus aut vnuʒ
indiuiduuʒ numero: & quocunqꝫ ſit ens erit multũ. ¶ Et cuʒ dixit:
iſta eniʒ diſtãt multũ &c̃. intendit intẽtiones enim de quibꝰ dr hoc
nomẽ ens ex iſtis q̃ numerauimꝰ. ſ. vle & indiuiduũ multũ differũt:
& vnaqueqꝫ earuʒ eſt impoſſibilis.

Notũ eſt ꝙ ens dr multiplr de decem pdicamẽtis. Idẽ 4. met. tex. cõ. 2. Ideʒ in pntis.

Intẽtões iſte de qbꝰ dr hoc nomen ens. ſ. vle & indiuiduũ multuʒ drnt. p hoc vid. 7. met. cõ. 57. quo oppo/nant vle & pticulare. Vid ẽt. 12. me. cõ. 27.

¶ Si quidẽ eniʒ oia erũt ſuba & quale: & quãtũ: & hoc
ſiue ſepata adinuicẽʒ ſiue nõ: multa ſunt q̃ ſunt: ſi vero
oia: aut quãtũ ſunt: aut quale: ſiue cũ ſit ſuba: ſiue cum
nõ ſit: incõueniẽs eſt. Si opʒ ẽt incõueniẽs dicere im/
poſſibile. Nulluʒ a eniʒ alioꝝ ſepabile eſt extra ſubſtã
tiam. oia nãqꝫ de ſubiecta ſubſtãtia dicũtur.

¶ Qm ſi fuerit hic ſuba & quale: & quãtuʒ: ſiue iſta fue
rint diſtincta abinuicẽ: aut nõ fuerint: entia erunt plu/
ra. & ſi oia fuerint quale aut quãtũ ſiue ſuba fuerit: aut
nõ fuerit: hoc erit iprobabile. ſi ipoſſe poſſit dici iprobabile/
bile. Nullũ. n. ceteroꝝ ſepat a ſuba. ſ. exñs p ſe ſingula
ris: & diſtincta. oia. n. dicunt in ſubto qḋ eſt ſba.

a Nullũ alioruʒ pdicamentoꝝ ſeparabile ẽ a ſba.

¶ Quoniaʒ. Si eniʒ conceſſerint hoc eſſe ſubſtãtiã: & quãtũ & quale 14
contingit eis entia eſſe plura: aut ſm indiuiduũ ſi non conceſſerint
vniuerſale eſſe: aut ſm genus & indiuiduũ ſi conceſſerint ipſuʒ eẽ;
& ſiue ponant iſta predicamẽta ſeparari abinuicẽʒ aut nõ: ſed que/
dam ex iſtis exiſtere in quibuſdaʒ vt eſt verum. & hoc intẽdebat cũ
dixit: ſiue fuerint diſtincta abinuicẽʒ: aut nõ fuerint. ¶ Et cuʒ de/
clarauit ꝙ ſi conceſſerint hoc eſſe ſubſtãtiam & quãtum: & quale: &
vniuerſale plus ꝙ̃ vnum predicamẽtuʒ: cõtinget eis entia eſſe plura
incepit etiaʒ dicere impoſſibile cõtingens eis ſi hoc nõ cõceſſerint:
& poſuerint ens eſſe aliquod ceteroruʒ predicamentoꝝ preter ſub/
ſtantiam: nam ſi poſuerint ens eſſe in vno predicamẽto: aut ponẽt
eũ eſſe ſbam: aut in alio a ſba. & dixit. & ſi omnia fuerint quale &c̃. i.

et si posuerint quod per hoc nomen ens intendunt aliquod predicamentorum preter substantiam aut quale: aut quantum: siue concesserint substantiam esse aut non: hoc erit impossibile et improbabile. si impossibile possit dici improbabile cotingit eis omni modo entia esse plura. nam si posuerint quod omnia sunt qualitates tantum: aut quantitates: aut vnum ceterorum predicamentorum: tunc aut concedent substantiam esse: aut non concedent. si concedent tunc entia erunt plura: et si non concedent illam esse: contingeret illud predicamentum existere per se et separari: et nullum ceterorum predicamentorum preter substantiam potest separari per se: sed omnia dicuntur in subiecto: vt declaratum est in cathegoriis: et cum predicamentum quod intendunt per hoc nomen ens sit in subiecto. ergo entia sunt plura.

In capitulo de substantia.

¶ Melissus autem infinitum esse dicit quod est: quantum itaque aliquid est quod est. Infinitum enim in quantitate est: substantiam autem infinitam aut qualitatem: aut passionem esse non contingit: nisi secundum accidens: si simul et alique quantitates sunt. Infiniti enim ratio congruit quantitati: sed non substantie: neque qualitati: si quidem igitur substantia est quantum: dico autem non vnum est quod est. Si vero substantia solum sit non infinitum est neque magnitudinem habebit vllam: quantum enim quoddam erit.

Infiniti ratio congruit quantitati.

¶ Melissus vero dicit ens esse infinitum: et secundum hoc ens erit aliquod quantum. Infinitum enim est aliquod collocatum in quanto. substantia autem infinita: aut qualitas: aut vbi impossibile est vt sit nisi per accidens: si aliqua ex eis cum eis que sunt habuerint quantitatem. Diffinitio enim infiniti exigit quantitatem: et non substantiam: neque qualitatem. Si igitur ens fuerit substantia: et quantum erit duo non vnum: et si fuerit substantia tantum tunc ens non erit infinitum: neque habebit mensuram omnino. Nam si habuerit mensuram erit aliquod quantum.

15 ¶ Melissus. Cum declarauit quod hoc nomen ens dicitur de intentione vniuersali et particulari. s. indiuiduo: et quod si intenderit per illud intentionem vniuersalem: tunc non erit vnum: sed plura. si intenderit intentionem particularem: tunc aut erit de predicamento substantie: aut de ceteris predicamentis: et manifestum quoniam impossibile est vt ens sit vnum si intendunt aliquod indiuiduum ceterorum predicamentorum preter substantiam: aut quantum: aut quale: nam indiuidua ceterorum predicamentorum preter substantiam existunt in indiuiduis substantie: et sic ens saltem erunt duo: indiuiduum accidentis: et indiuiduum substantie: incepit destruere reliquum codiuidens: et est ipsum indiuiduum substantie. ¶ Et dixit. Melissus vero dicit etc. i. et si dixerint quod intendunt per hoc quod dicunt: quod ens est vnum indiuiduum substantie: tunc sermo eorum destruitur ex hoc quod ponunt: quoniam alter eorum dicit ens esse infinitum: scilicet Melissus: alter dixit finitum scilicet Parmenides: et secundum vtrunque contingit si ens fuerit vnum vt sit quantum tantum.

Ex hoc patet secundum Commentatorem indiuiduum substantie distinctum esse ab indiuiduis ceterorum predicamentorum. Idem 7. me. co. 2.

Infinitū em̄ ⁊ finitū sunt de differētijs quātitatis: ⁊ hoc intēdebat cū dixit. infinitū em̄ est collocatū in quāto. D. d. s̄ba v̄o infinita ⁊c̄. i. s̄bam aūt dici īfinitā aut q̄litatē: aut vbi: aut aliō predicamētoꝝ impoſſe est ꝑ se. s. ſm qḋ est s̄ba: aut vbi: ſʒ est poſſe ꝑ accn̄s. cuʒ fuerit poſitū h̄ esse aliqua ꝑdicamentoꝝ: q̄ cū suo esse ꝓprio hn̄t quātitatē: ita. s. ꝙ quātitas accidat eis: ſʒ hūc modū igit̄ d̄r ꝙ s̄ba est infinita aut finita. i. ſm ꝙ accidit ei ꝙ sit quāta: ⁊ silr̄ de alijs ꝑdicamētis. ℭ Et cū posuit ꝙ infinitū est ꝓpriū quāti dedit rōnē sup hoc: ⁊ dixit diffō em̄ infiniti ⁊c̄. i. qm̄ diffō infiniti est quātū nō terminatū: quātum igit̄ est genus infiniti q: nō d̄r in diffōne ei⁹ ꝙ est s̄ba: aut vbi. ⁊ hoc qḋ dixit de infinito intelligēdū est de finito. D. d. si igit̄ ens ⁊c̄. dicit: ⁊ cū declaratū sit ꝙ īfinitū ꝑdicat̄ de quāto eēntialr̄: ⁊ de alijs ꝑdicamētis ꝑ accn̄s: si itēdūt cū dicūt ꝙ ens est vnū s̄ba ⁊ quātū: s̄ba em̄ nō d̄r infinita: nisi ſm ꝙ est quāta: tūc ens erit duo: nō vnū. s. s̄ba ⁊ quātū: ſm ꝙ d̄r ipsa eē finita: aut infinita: ⁊ si intēdūt s̄bam tm̄ tūc nō d̄r infinita: neqʒ hr̄e mensurā oīno. si em̄ hr̄et mensuram esset quāta: ⁊ ista cōtradictio est ſm sermonē non ſm rem.

Infinitū ⁊ finitū sunt de d̄fijs quātitatis. Jō. 8. ph. c. 79. Idē. j. i hoc ꝑ cō. 18. Jō 3. ph. c. 24.

ℭ Amplius qm̄ ⁊ ipsum vnum multipliciter dicitur queadmodum ⁊ qḋ est. Intendendum est quomodo dicunt vnum esse omne. Dicitur enim aut cōtinuum vnū: aut indiuisibile: aut quoꝝ ratio vna ⁊ eadē est que aliquid erat esse: queadmodū vapa ⁊ vinum.

Unum. Cōtinuitate. Indiuisibilitate. Ratione.

ℭ Et etiam cum vnum dicatur multipliciter sicut ens dicitur. Cōsiderandū est quomodo dicunt totum esse vnum. Dicit̄ enim vnū aut de cōtinuo: aut de indiuisibili: aut de eis quorum ratio que significat quiditates est idem: vt vinum ⁊ merum.

ℭ Et etiā. Cū destruxit ꝓpōnē dicentē: ꝙ ens est vnū diuidēdo oēs intentiones de quibus dicitur ens ſm famositatē qḋ est subiectum ꝓpositionis: incepit destruere eā diuidendo intētiones: de quib⁹ d̄r vnū qḋ est predicatū in ꝓpōne. ℭ Et dixit. ⁊ etiā cū vnū dicat̄ ⁊c̄. i. ⁊ queadmodū nobis apparuit ex diuisione intētionū de quib⁹ d̄r hoc nomen ens: ꝙ ista ꝓpositio nō est vera ſm aliquā earū. Silr̄ apparebit nobis si diuiserimus intētiones de quibus d̄r hoc nomen vnū: ⁊ cū dixit hoc: incepit diuidere ſm quot modos d̄r vnū: ⁊ dixit ꝙ d̄r tribus modis: quoꝝ vnus est ꝯtinuū. U. g. vna linea ⁊ vnuʒ corpus ⁊ vna supficies. Scḋs v̄o est indiuisibile, v. g. pūctus. Tertius v̄o noīa q̄ significāt idē ſm diffinitionē. vbi grā: vinū ⁊ merū: ⁊ intēdit per rōneʒ que significat quiditatē diffinitionē. 16

ℭ Si quidē igit̄ cōtinuū est multa sunt qḋ est. In infinitū em̄ diuisibile est cōtinuū. Habet aūt dubitationeʒ de toto ⁊ parte: fortassis aūt non ad hāc rōneʒ: sed ad ipsam ⁊ ſm seipsam: vtrū vnum aut plura sunt pars: ⁊

Lr̄a argy. Existit aūt dubitatio d̄ pte ac toto nōn ad sermoneʒ so:

totū: ꝛ si vnū quō vnū: ꝛ si plura: quō plura: ꝛ de partibus nō cōtinuis. Et si toti vnū vtrūqȝ est sicut indiuisibile est: qm̄ ꝛ eisdem eadē erunt.

¶ Et si semper est: cōtinuū est vnū ꝛ multū. Cōtinuū em̄ diuidit in infinitū. Sȝ est hic questio de pte ꝛ toto: ꝛ si nō est hui⁹ sermonis v₃ existere p se: ꝛ est vtrū ps ꝛ totū sit vnū aut plura vno: ƀm queadmodū sunt vnum aut plura vno ꝛ ptes etiā nō cōtinue si q̄libet est toti⁹: ꝛ vnaqueqȝ est idē: q₂ non separat ab eo: ergo necesse est vt quedā cōueniāt cū quibusdā.

17 ¶ Et si semp. Cū diuisit intētiōes de quib⁹ dr̄ hoc nomē vnū icepit declarare ꝛ ꝯsiderare de vnaq̄qȝ eaꝝ vtrū p̄dicet de ente. ¶ Et dixit. ꝛ si semp est ꝯtinuū ꝛc. ꝛ sͥ intēdūt p hoc qd dicūt ꝙ ens est vnū qd est ꝯtinuū: opȝ eos cōcedere ipm eē vnū quodā mō/ ꝛ plura alio mō. Cōtinuū. n. pōt diuidi i īfinitū: ꝛ sic ens nō erit vnū simplr. est em̄ vnū actu: ꝛ plura potētia. s. ƀȝ diuisibilitatē. ¶ Et q₂ ēt accidit i ꝯtinuo ꝛ in oī hn̄te ptes vt multitudo ei⁹ nō sit ƀȝ diuersitatē partiū a seinuicē: sȝ ꝛ ēt ƀm diuersitatē ptis a toto: icepit ēt q̄rere hāc diuersitatē: ꝛ inducit qōnē ꝯtingētē antiqs in hoc: ꝛ dixit: sȝ est qō ꝛc. i. ꝛ est h̄ qō de pte ꝛ toto pēdēs ex hoc sermone: ꝛ visuȝ est ꝙ sͥ nō pēdet de hoc sermone necio: tn̄ est qō pscrutāda p se. D. induxit qōnē: ꝛ dixit: ꝛ est vtrū ps ꝛ totū ꝛc. i. ꝛ ista qō est vtrū ps ꝛ totū sint idē aut diuersa. ꝛ si idē quō pn̄t dici eē idē: totū. n. vr̄ eē aliō a ptē ꝛ ēt si ptes dn̄t a toto quō dn̄r eē alie: totū. n. nihil aliō est ꝙ̄ ꝯgregatio ptiū: ꝛ cū iduxit hāc qōnē i ꝯtinuo dixit: ꝛ ptes ēt nō ꝯtinue ꝛc. i. ꝛ i ptib⁹ reꝝ ꝯtiguarū: ꝛ nō ꝯtinuaꝝ. U. g. manu ꝛ pede: ꝛ aliarū ptiū cōpositoꝝ accidit hec qō: qm̄ si vnaqueqȝ ptiū est idē cū toto q₂ est toti⁹. i. nō separata a toto: tūc vnaqueqȝ partiū erit idē toti: ꝛ sic oēs ptes erūt inter se eedē. ꝓ ꝛ caput ꝛ manus ꝛ collū erūt idē: ꝓ ps nō est totū. ꝛ istō ipoſe qd sequit si totū ꝛ ps fuerint idē sequit necio: ꝛ sermo oppositus isti nō exprimit pp suā famositatē: ꝛ est ꝙ si oīs pars est alia a toto: tūc oēs ptes erūt aliud a toto: ꝛ totū nihil aliud est ꝙ̄ cōgregatio ptiū: ꝓ totū est aliō a se. ꝛ istud sophisma est cōpositionis ꝛ diuisionis: qm̄ vnaqueqȝ partiū dr̄ esse aliud a toto: sed oēs insimul non possunt dici esse aliud a toto.

¶ At vō si sic īdiuisibile est: nullū erit quātū: neqȝ q̄le: neqȝ iā īfinitū: qd ē sicut Melissus dicit: neqȝ finitū sic Parmenides: terminus em̄ indiuisibilis finit⁹ nō est.

¶ Et si totū fuerit vnum ita ꝙ sit indiuisibile: tūc non erit quantū aut quale. Et etiā ens non erit infinituȝ vt dicit Melissus. Neqȝ finitū vt dicit Parmenides: indiuisibile enim est finis non finitum.

tamen accōmodata. sȝ p seipaȝ cōsideranda. vtrū vnum aut plra sint ps ꝛ totū. ꝛ q̄ pacto sint vnū vl plra. ꝛ si sint plra q̄nā mō sint plra. Et ō ptib⁹ nō ꝯtinuis eadē sūt q̄rēda. Et si vtraqȝ ps ꝛ ipm totum sint vnū p inde atqȝ idiuisibile ꝛ ipe p secto ptes vnū idē idem erūt.

Totū. n. nihil aliō ē ꝙ̄ cōgregatio ptiū. Opp. hr̄. 7. meta. 27. ꝛ. 60. c. Et. 3. de aīa cō. 5. i solō/ ne sic dē qōis iuxta dimi diū cō. Sȝ 4. ph. c. 43 hr̄ cōsile vt hic. Et ēt. 3 celi. cō. 8.

¶ Et si totum. Cū induxit illud qđ contingit eis si intenderint per vnū cōtinuū: induxit ēt impoßē cōtingēs eis si intēderint p hoc nomen vnū indiuisibile. ¶ Et dixit: et si totū fuerit vnū ꝛc. i. si aliqs dixit q cū dixerit totū ens esse vnuz intēdebat eē indiuisibile: tūc nō erit hoc quantū: neqꝫ quale: neqꝫ sbā: neqꝫ aliud aliqđ pdicamētoꝝ: qm oia ista sunt diuisibilia: a aut p se: vt ē quātū: aut p accidens: vt sunt reliqua. ¶ Et cū declarauit q dicens hoc nō pōt cōcedere hoc esse sbam: aut quale: aut quantū: qđ est valde iprobabile: incepit declarare impoßē: qđ cōtingit his duob⁹ viris fm hoc. qđ ponūt: nō fm rē in se. ꝛ dixit. ꝛ ens ēt nō erit infinitū ꝛc. i. ꝛ contingit Parmenidi ꝛ Melisso fz h q dicūt vt ens nō sit infinitū: vt Melissus dicit: neqꝫ finituz vt Parmenides dicit: nam b finitū ꝛ infinitum non dicuntur nisi de quāto: non de fine quanti.

18

a Oia pnta sūt diuisibilia aut p se aut p accns ex q vi velle Aue. q nullū idiisibile sit i pnto reponibile. vide tn̄ oppo. de habitib⁹ itelſualib⁹ q sūt i pma spē qlitatis fz ipm i. 7. ph. c. 20. vel in pnto ad aligd. Et iđ pz. 5. me. c. 20. Iđ i pnt isi sermōe de qlitate.

b Finitū ꝛ ifinitū non dnr nisi de quāto nō de fine quāti.

¶ At vero si oia que sunt ratione vnū sunt: sicut tunica ꝛ indumentum: Heracliti rationem cōtingit dicere ipsos. idem eñ erit ꝛ bono/ꝛ malo: ꝛ non bono esse ꝛ bono: quare idē erit bonum ꝛ non bonum: ꝛ homo ꝛ equus: ꝛ non de eo q vnuz sunt que sunt ratio erit: sed de eo q nihil sunt ꝛ tali igit̄ esse ꝛ tanto idem.

¶ Et si oia entia fuerint vnū fm rationē vt vestis ꝛ tunica: cōtinget eis dicere qđ Heraclitus dicit. esse enim erit boni ꝛ mali vnuz: ꝛ boni ꝛ non boni: ex quo sequitur vt bonū ꝛ non bonū erunt idem: ꝛ homo ꝛ equus: ꝛ tunc sermo eoruz non erit in hoc q entia sunt: sed in hoc q nullum eoruz est: ꝛ erit etiā intentio quiditatis talis dispositionis. i. qualitatis: ꝛ intētio eius talis mensure. i. quantitatis eadem intentio.

c Primuz incōueniēs quātum ad opposita cōtrarie.

¶ Et si omnia. Cū destruxit duos modos illoꝝ trium fm quos dicit̄ hoc nomē: vnū: icepit destruere tertiū. ¶ c Et. d. ꝛ si entia ꝛc. i. ꝛ si intēderit per hoc qđ dicūt q entia diuersoꝝ nominū oia sunt idē fm diffōnem: adeo q significatio hoꝝ noīum: hō: equus: asinus: sit sicut significatio hoꝝ noium: vestis ꝛ tunica: cōtinget eis dicere qđ dixit Heraclitus sophista. s. cōtraria esse idē. D. d. esse eñ erit boni ꝛc. i. ꝛ cū significationes noim sint eedē reꝝ cōtrariarū ꝛ oppositaꝝ: sicut vinū ꝛ merū significāt idē: ꝛ vestis ꝛ tunica: tūc esse pprīū bono ꝛ malo erit vnū esse. ¶ Et d h nō solūmō inuenit̄ i bono ꝛ malo: q sunt ꝯtraria: sz i bono ꝛ nō bono q sunt cōtradictoria: adeo q eē erit nō eē. ¶ D. d. ex q seqt̄ vt bonū ꝛ n bonū sint idē. ¶ Et e hō ꝛ equ⁹ i. ꝛ cū esse pprīū oppositas sit idē eē ꝯtinget q opposita. V. g. bonuz ꝛ non bonū sint idē ꝛ non solū opposita: sed ꝛ spēs diuerse. vbi grā. homo ꝛ equus. ¶ Deinde f induxit iprobabile cōtingēs huic sermonis ꝛ dixit. ꝛ tūc sermo eoꝝ ꝛc. i. ꝛ cū posuerit q opposita q significant esse ꝛ non esse sint idem: tunc ponunt q illud qđ est non est:

19

d Scđz icōueniēs qtū ad cōtradictoria.

e Tertiū icōueniens quantū ad disparata spē.

f Quartū icōueniens quātum ad puatiue opposita.

⁊ ſm hoc priuant entia eſſentia cum dicant ea eſſe vnum ⁊ ⁊ ſm hoc quia voluerunt dare entibus aliquam diſpoſitionem deſtruxerũt ea eſſe. hoc igitur eſt vnum improbabilium contingentiuꝫ huic poſitõi. ¶ Deinde induxit aliud improbabile: ⁊. d. ⁊ erit etiam intentio q̄/ditatis ⁊c̃. i. e ꝯtingit huic põni vt aliqd eſſe in aliqua diſpõne. i. in aliqua qualitate. Uerbi gratia. album aut calidum ⁊ ipſum eſſe in aliqua quãtitate. U. g. longum ⁊ breue ſint idem: ⁊ ſm hoc omnia predicamenta erunt vnum predicamentum.

Quintũ inconueniens cõtrũ ad diſperata genere.

¶ Conturbati ſunt autem ⁊ poſteriores quẽadmodũ ⁊ antiqui ne forte contingat idem ſimul vnum eſſe ⁊ multa. Unde ⁊ alij quideꝫ eſt auferebãt quẽadmodũ lycophron: alij autem mutabant dictionem: vt quoniã homo albus non eſt: ſed albatur: neqꝫ ambulans ẽ: ſꝫ ambulat: vt non eſt adijcientes multa faciant eẽ vnũ: ¶ Et poſteriores antiquorum timuerunt ne contingẽret eis idem eſſe vnum ⁊ plura inſimul. Quare quidã dimiſerunt hoc nomen eſſe: vt lycophronus: ⁊ quidaꝫ quaſi rectificauit dictionem: ⁊ dixit: non opꝫ hominẽꝫ eſſe album: ſed hoiem albefieri: ⁊ non eſſe hoiem ambulantem: ſed hoiem ambulare. Neqꝫ cum imponunt in ſermone hoc verbũ eſſe faciẽt de aliquo vno plura: ¶ Et poſteriores. Dicit. ⁊ quia antiqui conſenſerũt eis. ſ. Parmenidi ⁊ Meliſſo ens eſſe vnuꝫ: quod eſt ſubſtantia: timuerunt ex...re in propoſitionibus hoc verbum eſſe/ne contingeret eis aliquid eẽ vnum ⁊ multa: quia non intelligebant per hoc nomen ens niſi vnaꝫ intentionem. ſ. ſubſtãtiam. ¶ Quapropter quidam dimiſerunt dictiones que ſignãt eſſe in propoſitionibus quarum predicata ſunt accidentia: vt fecit lycophronus: dicebat enim quoniam non opꝫ dicere hominem eſſe ambulantem ſed hominẽꝫ ambulare: quia ens tunc eſſet pluſq̃ vnum. ⁊ totum hoc fuit: quia timebat ſi in propoſitione: cuius ſubiectum eſt ſb̃a: ⁊ predicatum aliud p̃dicamentuꝫ interponeret hoc verbum eſſe: qꝛ tunc ens eſſet pluſq̃ vnuꝫ: ⁊ hoc intẽdebat cum dixit. imponunt in ſermonem ⁊c̃.

20

Cã opinionis. Opio Mel.

¶ Tanq̃ꝫ ſinglr̃ dicto vno aut ente: ſed multa ſunt que ſunt: aut. n. rõne: vt albo eſſẽ ⁊ muſico ſi idem vtraqꝫ: multa itaqꝫ vnum: aut diuiſiõe quẽadmodum totuꝫ ⁊ partes. Hic auteꝫ iam deficiebant: confitebantur vnũ multa eſſe tanq̃ꝫ non conuenire idem vnũ ⁊ multa eẽ: nõ oppoſita ãt, ẽ. n. vnũ ⁊ potẽtia ⁊ endelechia. i. actu. ¶ Quaſi hoc nomen vnum ⁊ hoc nomen ens diceret ſingulr̃. Sed entia ſunt plura: aut ſm rõnem: quoniaꝫ

esse album est aliud ab esse musici: ꝛ vnū erit vtriusqꝫ:
tunc vnum erit multum: ſm vero diuisionem: vt totū
ꝛ partes. Sed non potuerunt se excusare in hoc mō: ꝛ
ↄcesserunt vnum esse plura: quasi esset impossibile aliquid — In hoc cō. ðñ
esse vnum ꝛ plura sine ↄdictōe: vnū est potentia ꝛ ē actu. — cit ↄtiuatō q̄ suppleaf.

¶ Quasi hoc nomen. Dicit: ꝛ iste sermo eoꝝ fundatur super hoc ꝙ — 21
hoc nomen vnum: ꝛ hoc nomen ens semper significant idem: qd nō — 1. instan.
est verū: qm̄ a hoc nomen ens dī de pluribus ſm diffōnem: ꝛ vnū — a Hoc nom
ſm subiectum. Verbi gratia. vnus homo est albus ꝛ musicus: ꝛ eē — ens dicit ð
eius ſm albedinem est aliud ab esse eius ſm musicam: ꝛ est ſbiectū — plib⁹ ſꝫ dif
vtriusqꝫ ſm humanitatem: ꝛ sic aliquid erit vnum ꝛ plura duobus — finitōem: ꝛ
modis diuersis: vnum ſm subiectum: plura vero per accn̄s. ¶ Et si/ — vnū ſꝫ ſbꝫ.
milr pōt ee aliqd vnum ſm cōpōnem: ſm aūt diuisionem plura. — 2. instan.
V. g. totum ꝛ partes. ¶ D. d. sed non potuerunt excusare se ꝛc̄. i. illi
qui non ↄcesserunt pluralitatē ex pluralitate accn̄tiū in ſbo. Potue
runt enim in multitudine accn̄tium dicere aliquid. s. q: non habēt
verum esse: ꝛ non potuerunt hoc dicere in partibus ꝛ toto. totū eni
est ſba: ꝛ similr partes sunt ſbe. ꝛ iō non potuerunt excusare se in
hac ↄōne. ¶ D. d. quasi esset impossibile ꝛc̄. i. ꝛ dicens hoc vī quasi ōpi — Vltia instā
nari idem esse vnum ꝛ plura duobus modis diuersis esse īpossibile. De/ — tia.
inde incepit dare istos duos modos in toto ꝑte. ꝛ dixit. vnum eniꝫ
est potentia ꝛ actu. i. totum enim est vnū actu ꝛ plura potētia: quē/ — Totum est
admodū ē possibile in plibus actu vt sint vnū in posse: qm̄ hoc n̄ ē īpossibile. — vnū ī actu

¶ Hoc igitur modo facientibus impossibile vr que sunt — ꝛ plra in po
vnum esse. Et ex quibus demonstrant soluere non dif — tētia. quē/
ficile est. vtriqꝫ enim sophystice syllogizant. ꝛ Parme/ — admodū ē
nides ꝛ Melissus/ ꝛ nāqꝫ falsa recipiunt: ꝛ non syllogi — possibile ī plib⁹
zantes sunt. Est autē magis Melissi onerosa rō ꝛ nō — actu vt sint vnū in po/
habens defectum: sed vno inconuenienti assignato — tentia.
alia contingunt: hoc autem nihil graue est.

¶ Cum igitur ↄcesserunt per hanc viā apparebit im
possibile eis entia esse vnum. Et non est et difficile cō/
tradicere eis ex illo ex quo nitūtur declarare hoc. Oēs
enim ↄcedunt in argumētatōe sua via sophistica. Me
lissus ꝛ Parmenides accipiunt enim falsa: ꝛ qd nō se
quitur ex syllo. Sed sermo Melissi est magis vanus:
ꝛ in eo non est dubium. Concessit. n. vnū improbabi/
le: ꝛ sup ipꝫ fundauit suū ſmonē: ꝛ in h̄ n̄ ē difficultas.

¶ Cū igr. Dicit cū igr̄ ↄsiderātes ↄcesserunt p hāc viā ↄsideratōis
p quā nos ↄcessimus: appebit eis qm̄ impossibile est entia esse vnū: vt — 22
illi dixerūt. ꝛ cū ↄtradixit ↄclusiōi eoꝝ p se īcepit ↄtradicere argu/ — Cōtinuatio.

Disputatio exigit vt cō clusiōi ɔtradicat̄ ⁊ argumentis.

Sermones sophistici facilius cōtradicūtur ꝙ disputatiui.

a Qui sūt ꝭmōes vañ. Uide ɔsile 8.cō.10.

b Cōparatio ꝭmonū.

mentis. hec.n. duo exigit disputatio. ⁊ dixit. ⁊ nō ē ēt diffic ile ⁊c. ⁊ nō est difficile ɔtradicere syllo ꝗ vtūtur in ɔfirmādo suā opionē. ¶ Et cū notificauit ꝙ facile ɔtradicit̄ syllo eoꝝ dedit cām in hoc ꝙ facile ɔtradicit̄ eis: ⁊ ē: q: argumētatōes eoꝝ sunt sophistice: ⁊ sermōes sophistici ɔtradicūtur facilius ꝙ disputatiui. ¶ Deinde demr̄auit modū ꝭm quē sunt sophistici. ⁊ dixit. accipiūt ⁊c. i. ponunt enī ꝑpōnes falsas ⁊ cōponūt eas cōpone ñ ɔcludēte: ⁊ ꝭmōes a q sunt ꝭmōi dr̄ vani. i. q peccāt in mā ⁊ formā. ¶ b Et iō dixit. s; sermo Melissi ē magis van⁹. i. ⁊ si vterq; ꝭmo sit vanus tm̄ ꝭmo Melissi ē magis vanus: q: oīno nō ɔcludit. ꝭmo aūt Parmenidis concludit: sed non que sunt ad ꝑpositū suū. D. d. ⁊ in eo nō est dubiū. i. ⁊ cū eo qd̄ ē magis vanus nullā facit dubitatōez. ꝑpōnes.n. posite in eo sunt false ⁊ improbabiles vt cum dixit ꝙ ens non generatur.

Lr̄a Argy.

Quasi non fieret ylle mutatō sil.

¶ Quidem igr̄ paralogizat Melissus manifestū ē: opinat̄.n. accipe: si qd̄ fcm̄ ē hz ꝑncipiū oē: qm̄ ⁊ qd̄ ñ fcm̄ est nō hz. Postea ⁊ hoc incōueniēs ois esse ꝑncipium rei ⁊ non tpis ⁊ generatōis non simplr̄: sed alteratōis tanq̄ non momentanee facta mutatione.

¶ Qm̄ aūt Melissus peccat in syllo manifestū est. existimat.n. qd̄ acceptum est: ꝙ si oē qd̄ gn̄at̄ hz ꝑncipiū: ⁊ oē qd̄ nō gn̄at̄ nō hz ꝑncipiuz. Deinde hoc ēt est magis iprobabile. s. existimare ꝙ oē qd̄ hz ꝑncipium ē intentio substātie. Et nōne tp̄s hz ꝑncipiū: ⁊ ꝑncipiuz ēt necesse est esse in alteratōe: ⁊ non est necesse ei qd̄ gn̄atur simplr̄: ac si transmutatio non fieret subito.

23 ¶ Qm̄ aūt. Dicit qm̄ aūt Melissus peccat in syllo manifestū est: q: opinat̄ ꝙ si fuerit ɔcessum: ꝙ oē qd̄ gn̄atur hz ꝑncipiū: seqtur ꝙ oē qd̄ nō gn̄atur nō hz ꝑncipiū: ⁊ hoc non seqtur: qm̄ si predicatū affirmatur in eo in quo affirmatur s̄bm: nō seqtur vt ꝑdicatū negat̄ ab eo a quo negat̄ s̄bm. ¶ Si.n. opinat̄ hoc hz ꝙ destructo añte in oī mā seqtur oppositū ɔñtis. ⁊ cum Melissus habuerit hoc pro vero: ⁊ ɔcedebat̄ ꝙ oē qd̄ gn̄at̄ hz ꝑncipiū: existimauit ꝙ oē qd̄ nō gn̄atur nō hz ꝑncipiū. Deinde ɔtingit huic ꝙ ens non gn̄atur: ⁊ ɔclusit ꝙ ens non hz ꝑncipiū. ¶ Et hec ꝑpō dicēs ꝙ ens nō gn̄at̄ declarabat̄ ex eis vt dicit Arist. post sic. ⁊ est ꝙ ens gn̄at̄: aut gn̄at ex ente: aut ex non ente: qm̄ si ex non ente: tunc non ens mutatur in ñām non entis. ⁊ si ex ente. ergo ens fuit anteꝙ gn̄aret̄: ergo non gn̄atur: ꝫ non hz ꝑncipiū. Deinde ex hoc ꝙ ens non hz ꝑncipium. cōclusit ip̄z esse vnum ⁊ imobile. ꝑncipiū.n. qd̄ est extremum magnitudinis cū fuerit non ens/ magnitudo erit infinita/ ⁊ erit vna: q: cuz ea nō erit aliud. ipsa.n. est infinita: ergo totū locū occupat: ⁊ erit imobilis: q: non habebit locum in quo moueat̄: ⁊ ista dubitatio induxit antiquos ante Arist. in maximum errorem. vt dicet post Arist. ¶ Et cū declarauit corruptionem ꝭmonis Melissi ꝭm formam eius: incepit

Hic deficit ɔtinuatio.

Modus arguēdi Melissi. Jnfra in 8 p. t. cō. 71.

Petūz ꝭm materiam.

declararé corruptóem eius fm suam mám. z dixit. deinde hoc est magis improbabile. s. z est magis improbabile hoc qd existimauit q hoc nomen pncipium dz vno mó. s. de pncipio rbe tm. pncipium. n. é tpis z est alteratóis. Si igr vtitur hoc noie pncipiú pro pncipio temporali: tunc hoc qd dixit: q qcqd nó gñatur non hz pncipiú. i. tpale est verum: sed est vtile in hoc qd intédebat ccludere. s. q ens é vnú z imobile z infinitú. si aút vtitur eo pro pncipio alteratóis non est verum: qm non oís alteratio hz pncipium: vt alteratio subita. si vo vtitur eo pro pncipio magnitudinis: non est necesse vt oé qd nó generatur non hz pncipium qd est in rba. corpus. n. celeste habz pncipium qd est in rba z non gñatur: vt post declarabit. ¶ Sz a Arist. ptentus est in ptradictóe istius ppónis dicentis: q oé qd gñatur hz pncipium ab alteratóe que fit subito quo gñatur: sed non hz extremum a quo incipiet gñatio. z hoc intendebat cum dixit. z nó ptinget ei qd gñatur simplr. i. z non ptingit apud istum vir vt principium gnationis sit illud qd est in rba tm: sed vt in alio: cú simplr induxit hoc nomen generatio in ppóne z non determinauit ipm: z hoc est quasi qui opinatur q alteratio non fit subito.

¶ Postea pp qd imobile si vnú est sicut enim z ps vna cum sit hec aqua mouet in ipsa quare z non oís aqua. Postea alteratio pp qd nó erit. At vero nec specie possibile est vnum esse: sed sicut ex quo: sicut enim z physicorum quidam dicunt vnum: illo autem modo nó: hó náq; ab equo alterum est specie z ptraria abinuicem.

¶ Deinde quare est necesse cum fuerit vnú vt sit imobile: z queadmodú ps. V. g. istius aque z ps vna mouet in suo loco/ quare et totú nó é hmói: z postea quare non é alteratio: z et ipole vt sit vnú in fórá nisi sit fm illud a quo é. hoc quidem dixerunt quidam naturales: alio modo impossibile é. homo enim alius é ab equo in forma: z similr contraria diuersa sunt adinuicem.

¶ Deinde quare. Cum declarauit corruptóem sylli Melissi: z q ex eo non sequitur pclusio quam nitebat pcludere. ¶ Dicit. z si pcesserimus pclusionem eoz: z est q ens est vnum z infinitum: tn non segtur ex hoc vt sit imobile: qm queadmodum videmus q pars totius qd est infinitum vt dicunt. V. g. aer mouet fm suas ptes toto pmanéte in suo loco. silr pole est vt hoc accidat in infinito. s. vt totú moueat fm ptes nó fm totú. ¶ Deinde si pcesserimus q nó habet motum in loco qre nó hz motú q est alteratio. z hoc intédebat cuz dixit: deinde qre nó est alteratio. i. deinde post húc fmoné: si pcesserimus q nó hz motú tráslatóis qre nó hz motú alteratióis. D. d. z impossibile est vt sit vnum in forma zc. i. impossibile est vt aliquis existimet q ens est vnum in substantia nisi fm illud ex quo generatur scilicet materia: vt plures antiqui opinabátur: q entia sunt

Nó oís alteratio hz pncipiú tpale sicut sunt alterationes subite. Js 6. phy. c. 32

a Vt eé secúda expó.

A. oppo. hz 4. physi. c. 43. contra Themistiú.

24

i. instan.

2. instan.

Jn má entia vnr posse cóicare. mime tn in fóa. Opp. 8. phy. 46. Et. 8. me. t. có. 11. z. 12.

ignis aut terra aut aer: q apud eos cõponebant ex vno istorū: ꝙ aūt entia sint vnū in forma impossibile est opinari. homo enim manifestū est ꝙ est alius ab equo in forma: ⁊ manifestius est hoc ꝙ contraria differunt a seinuicem ſm formam.

¶ Et ad Parmenidē aūt idē modus rōnū est: ⁊ si aliq alij sunt ꝓprij: ⁊ solutio ꝑtim quidē: q falsa est: partim quidē: q nō ↄcludit: falsa quidē: qm̄ simplr̄ accipit qd est dici multiplr̄ dicto. Nō ↄcludit aūt q si sola alba recipiant significante vnū albo: nihil minus multa alba sunt: ⁊ nō vnū. Nō enim cōtinuatione erit albū vnum: neq̄ rōne: aliud enim erit esse albo ⁊ susceptibili: ⁊ non erit extra albū nihil diuisum: nō enim inquantū est separabile: sed qd est alterū esse albo ⁊ ei cui inest: sed hoc Parmenides nōdum vidit.

¶ Et hoc mō sermonū ↄdicet sermoni Parmenidis ⁊ alijs modis qui forte sunt ei proprij. Qm̄ manifestum est ꝙ sermo eius est falsus ⁊ nō ↄcludēs: q vtit ente: ac si diceret simplr̄: ⁊ dicit multis modis. Est aūt nō concludēs q si posuerim⁹ sola alba: ⁊ dixerim⁹ ꝙ album in eis significat vnū hoc nō erit sufficiēs: i hoc ꝙ alba nō sint plura sed vnū. albū enim nō est vnū neq̄ ſm ↄtinuationē: neq̄ ſm rōnē. Rō enim albi alia est ab ea que est recipiētis: ⁊ ēt nō intēdimus ꝙ poss̄e est: vt album sit separatū: qm̄ nos diximus hoc qd diximus: nō q albū separat: sed q est aliud ab eo cuius est. s. a recipiēte. Sed hoc in tempore Parmenidis nōdum erat terminatū.

25 ¶ Et hoc mō. Cum ↄtradixit syllo Melissi: reuersus est ad cōtradicendum Parmenidi. ¶ Et dixit. ⁊ hoc mō ⁊c. i. ⁊ ſm illū modū quo con-
Pria expō tradixim⁹ Melisso / ↄtradicem⁹ Parmenidi ⁊ alijs modis ꝓprijs. est enim cōe eis: q vtunt ꝓpōnibus falsis ſm equiuocationē: ⁊ ꝙ vterq̄ nō cōcludit illud qd intēdebat ↄcludere: sꝫ syll's Melyssi est nō cōcludēs oīno: ⁊ iō dixit ꝙ est magis van⁹. ¶ Et intēdit p hoc qd di-
Scda expō xit: ⁊ alijs modis ⁊c. vt mihi vr̄ hoc ex quo ↄtradixit conclusioni ex ipsis ꝓpōnib⁹ ex quib⁹ Parmenides cōposuit syllm. iō forte intendit p hoc qd dixit. ⁊ hoc mō sermonū. i. sermōes qbus vsus est in destructiōe ↄclōnis absq̄ sermonib⁹ ex quib⁹ ↄcluserūt eā. videm⁹. n. ꝙ sermonū qbus vsus est in dstructiōe ↄclōnis eoꝝ qdā sunt fundati super ꝓpōnes ꝓbabiles: ⁊ ↄtradictio est cōis eis: ⁊ qdā sunt sermones ex qbus ↄcludit improbabile ⁊ imposs̄e a Parmenide: ⁊ est ꝓpria Parmenidi. In ↄtradictione vero Melissi nulla ꝓpōne cap-

vtit̃ quas põit in suo syllo: q2 oẽs sunt equoce. ¶ Et cũ narrauit ꝙ
isti ꝯueniũt in hoc ꝙ corruptio sylli eoꝝ est ẽm mãm ⁊ formã: ⁊ iam
notificauit hoc in syllo Melissi: incepit notificare hoc in syllo Par/ — *Corruptio ẽm mãm.*
menidis: ⁊ dixit. ⁊ manifestũ est ꝙ est falsus ⁊ nõ cõcludẽs. i. ⁊ ma/
nifestũ est ꝙ ꝓpões sui sylli sunt false: ⁊ ꝙ syll9 est nõ ꝯcludẽs illd
qd intẽdebat ꝯcludere: qm̃ ꝓpões eius sunt false: q2 vtit̃ hoc noĩe
ens: ita ꝙ dĩ de vna intẽtiõe: s3 dictũ est de plurib9. s. in hoc qd di/
xit. ꝙ qcqd est ṗter ens est nõ ens: ⁊ qcqd est nõ ens est nihil: qm̃ h
nomẽ ens ⁊ nõ ens dicunt̃ de decẽ ꝑdicamẽtis. Cũ igit̃ intẽdim9 ꝑ
hoc nomẽ ens vnũ decẽ ꝑdicamẽtoꝝ. V. g. sb̃a: aut q̃titũ: tũc nõ erit — *Ens ⁊ non*
verũ dicere ꝙ qcqd est nõ ens est nihil: qm̃ nõ sequit̃ vt illud qd ẽ — *ens dr̃r de*
nõ q̃tũ neq3 sb̃a sit nihil. g̃ ꝓpões ei9 nõ sunt vere nisi cu3 intẽde/ — *decẽ ꝑdica*
rim9 ꝑ hoc nomẽ ens oĩa decẽ ꝑdicamẽta: s3 tũc nõ ꝯcludet illud qd — *mentis.*
nitebat̃ ꝯcludere. s. ꝙ ens est vnũ: s3 cũ iste ꝓpões ponent̃ illo mõ
quo sunt vere: sequet̃ vt ens sit multũ. ¶ Et cũ narrauit corruptiõe3
exñtẽ in syllo eius ex ꝓpõnib9 reuersus est ad declarãdũ corruptio — *Corruptio*
nẽ eius ex figura. ⁊ dixit. est aũt nõ ꝯcludẽs ⁊c̃. i. est aũt nõ ꝯcludẽs — *ẽm formã.*
illud qd intẽdebat ꝯcludere. s. ꝙ ens est vnũ in numero: qm̃ mani/
festũ est ex hoc ꝙ si posuerim9 loco hui9 noĩs ens hoc nomen albũ: ⁊
acceperim9 ꝙ hoc nomẽ albũ significet idẽ de albis: sicut ipse acce
pit ꝙ hoc nomẽ ens significet idẽ de entib9: ⁊ posuerim9 ꝙ nihil est
ṗter albũ: ⁊ cõposuerim9 syllogismũ sic: qcqd est ṗter albũ est nõ al
bum: ⁊ qcqd est nõ albũ est nihil: ergo quicquid est preter album est
nihil: aut solum albũ est ens si coniunxerim9 huic cõclusioni aliam
ꝓpõnem: ⁊ est ꝙ quicqd est ṗter ꝙ nihil est: solũ est ens. ⁊ manife/
stu3 est ꝙ ex hoc enũciabili albũ solũ esse nõ sequit̃ albũ esse vnum
numero nisi cõtingat vt albũ sit vnũ ẽm cõtinuationẽ aut ẽm diffi/
nitionẽ: ⁊ hoc ꝑ accidẽs: ⁊ q2 manifestũ est ꝙ albũ nõ est vnũ ẽm cõ
tinuationẽ: neq3 ẽm diffinitionẽ declaratũ est ex hoc exẽplo: ꝙ iste
sermo nõ est cõcludẽs illud qd intẽdebat cõcludere. albũ eni3 non
est vnũ ẽm cõtinuationẽ: neq3 ẽm rõnẽ. i. ẽm diffinitionẽ. sermo. n. — *Sermo cõ/*
cõcludẽs ꝑ se d3 cõcludere in omni mã: ⁊ est manifestũ ꝙ sermo qui — *cludẽs ꝑ se*
cõcludit aliqd esse solũ: nõ sequitur ex eo vt illud sit vnu3 numero — *d3 cõclude*
nisi cõtingat vt illud sit vnũ numero: neq3 ꝙ sit vnũ ẽm diffinitio/ — *re ĩoĩ mã.*
nẽ etiã. i. simpl'r. vnũ eni3 simpl'r d3 habere has duas dispositões.
¶ Et cu3 narrauit ꝙ ex hac mã in qua vsus est hoc syllogismo appa
ret ꝙ illud qd accipit̃ in eo qd est albũ nõ est vnũ numero: neq3 ẽm
cõtinuationẽ: neq3 ẽm diffinitionẽ: dedit modum ẽm que3 non est
vnum ẽm diffinitione3: ⁊ dixit: ratio enim albi ⁊c̃. i. ⁊ illud qd signi
ficat hoc nomen album nõ est vnum ẽm diffinitionẽ: q2 albu3 signi/ — *Albũ signi*
ficat albedinẽ ⁊ recipiens albedinẽ. diffinitio aũt albi est alia a dif — *ficat albedi*
finitione recipientis albedinẽ. ⁊ cũ narrauit ꝙ diffinitio albedinis — *ne3: ⁊ reci/*
differt a diffinitione recipiẽtis albedinẽ: narrauit ꝙ nõ sequit̃ vt il — *piẽs albe/*
lud qd differt in diffinitione differat in esse: ne aliquis existimet hoc — *dinẽ. qũo h*
sequi. ⁊. d. ⁊ nõ intẽdimus ⁊c̃. i. nõ sequit̃ ex hoc qd diximus: ꝙ dif — *sit verũ: vid*
finitio albi est alia a diffinitione recipientis albedinem: vt albedo — *5. met. c. 14*
sit separata a recipiente. intẽdimus enim per hoc albedinem alia3 — *vide cõsile*
a substantia: ⁊ nõ aliam. i. separatã. ¶ Et q2 iste intentiones inuen/ — *12. me. c. 39*
te in hoc exemplo quo demonstrauit ꝙ iste syllogismus nõ conclu/ — *Excusatio Parmẽidis*

dit illud qđ intendebat cócludere; necesse est vt sint ꝓbabiles: ⁊ vt sint cócesse ab aduersario si cótradictio fuerit disputatiua: ⁊ iste intentiones nó erant famose in tempore Parmenidis. s. vt aliquid sit vnum ⁊ diuersum ſm diffinitioné excusauit ipsum. Et. d. sed hoc in tẽpore Parmenidis nó erat terminatū. i. sed ista que diximus in hoc exéplo per hoc qđ intendimus cótradicere syllogismo Parmenidis: ⁊ declarare ipsum esse nó cócludenté per se illud qđ intendebat cócludere nódū erat terminata in tpe Parmenidis: ⁊ sic intelligit recte iste sermo nó ſm ꝙ exponit Themistius ⁊ alij.

¶ Necesse igit accipere nó solū vnū significare qđ ē de quo vtiq̃ predicet: sed ⁊ qđ vere est / ⁊ qđ vere vnū est. Accidés eni de subiecto quodá dicit: quare cui accidit qđ est: nó erit. alterū enī est ab eo qđ ē: erit itaq̃ aliquid cuī nó sit. nó itaq̃ inerit alij existés qđ vere est. Nó enī erit ens aliqđ ipsi esse nisi multa qđ est significet sic vt sit aliqd vnūquodq̃: sed supponitur quod est significare vnum.

¶ Contingit igit dicẽti ꝙ ens est vnū opinari ꝙ ens nó significat vnū tm̃ de quocúq̃ dicat: sed significat illud ẽt qđ est ens ⁊ illud qđ est vnū. Accidés enī dicit de subiecto aliquo: ergo erit illud cui accidit ens / non ens: est enim aliud ab ente; erit ergo qđ nó est ens aliquid: ergo necesse ē vt qđ est ens / nó sit aliqđ accñs alteri. Impossibile. n. est aliqd esse: si ens nó significat multas intétiones: adeo ꝙ substátia ⁊ accidés vtraq̃ sit aliqua intétio: sed positū est ꝙ significat vná intétionem.

26 ¶ Cótingit. Cū ꝯtradixit syllo Parmenidis: icepit cótradicere cóclusioni eius ex ꝓpónibus quas posuit in syllo; ⁊ est que dr redargutio cótradictio. ¶ Et dixit. cótingit igit ⁊c. i. ⁊ qui dicit ens eē vnū: nó dz opinari ipm esse qđcunq̃ vnū sit: sed ens qđ est vnū in rei veritate ⁊ est sba. ¶ Deinde dedit cám in hoc: ⁊ dixit. accidés enī dr de sbto. i. qm̃ si fuerit opinat᷒ ipm dici đ nó sba: necessario dr đ accidente: ⁊ accidés indiget sbto. sunt igit duo: accñs: ⁊ sbm accidétis: accñs enī dr de subiecto aliquo. Deinde dixit. erit igit illud cui accidit ⁊c. i. illud igit qđ est sbm entis qđ est accidés erit non ens: iste enim posuit ꝙ quicqd est preter ens: est nó ens. Contingit igit ei vt illud qđ est nó ens sit aliqđ ens. D. d. ergo necesse est ⁊c. i. ⁊ cū illđ impossibile sequit ex hoc qđ posuimus ꝙ ens significat accidés. necesse est vt ens non significet accidens. Deinde. d. impossibile est vt aliquid sit ⁊c. i. ⁊ cá in hoc est: qm̃ si posuerimus ꝙ ens significet accidens: impossibile est vt accidés sit aliqđ ens: nisi ponamus ꝙ hoc nomen ens significet saltẽ duo: accidens: ⁊ subiectū accidentis: sed

q: Parmenides posuit ꝙ ens significet vnū: ideo accidit ei impossibile: hoc igitur nomen ens apud ipsum fm hanc positionē non potest significare accidens: sī cum hoc significet vnum.

¶ Si igit̃ qd vere est nulli accidit: sed illi aliquid magis qd vere est significat qd est: q̄ꝫ qd nō est. Si enī erit qd vere est idem ⁊ album: albo aūt esse nō est qd vere est: neqꝫ accidere ipsi possibile est qd est. Neqꝫ enī qd est, est qd nō vere est: non ergo qd est, est quod albuꝫ est: non sic autē sicut cum aliquod non sit: sed omnino non sit qd vere itaqꝫ est, non est. Uerū enim dicere est quod vere est: quoniā album est: hoc auteꝫ non qd est significat: quare si ⁊ album significat qd vere est: multa ergo significat quod est.

¶ Et si illud qd est ens non accidit alicui oino: sed ei dignius accidit illud qd accidit: ergo ens significat illud qd est ens: aut significat nō ens. Qm̄ si illud qd est ens sit albū: q: intētio albi nō est illud qd est ens. Naꝫ impossibile est vt ens accidat ei: ⁊ q: nō est ens nisi illud qd est ens: ergo albuꝫ nō est ens: nō ita ꝙ sit illud qd est ens: sed ita ꝙ est nō ens omnino: ergo necesse ē vt illud qd est ens sit nō ens. Dicere enīꝫ ipsum esse album est verum: sed dicere hoc significabat nō ens: ergo necesse est ex hoc vt album etiam significet ens: ergo significat plures intentiones.

¶ Et si illud. Cū redarguit Parmenidē in hoc ꝙ posuit ꝙ ens significat vnū qd est accidēs: incepit ēt redarguere ipm si posuerit ipsuꝫ ens significare vnū qd est substātia. ¶ Et dixit. ⁊ si illud qd est ens ⁊c̃. i. si intēdit cū dixit: ꝙ ens est vnū qd est illud cui accidit oino: sꝫ oīa que accidūt ei accidūt: tūc ens apud ipm significat illud qd est ens in rei veritate: ⁊ ens significat nō ens. ¶ Deinde incepit declarare quō sequit̃ hoc. ⁊ dixit. qm̄ si illud qd est ens ⁊c̃. i. qm̄ si illd qd est ens dr̃ eē albū: q: intētio albi ē alia ab intētiōe entis. nā impōle est vt ens accidat sibi: ⁊ in alia trāslatiōe. naꝫ ipōle est vt accidat ei vt sit ens. i. qm̄ dicere aliqd esse nō est p̄dicatio p accn̄s sicut p̄dicatio albedinis. D. d. ⁊ q: nō est ens ⁊c̃. i. q: positū est ꝙ non est ens nisi fm albi. ergo albū nō est ens: nō ita ꝙ sit nō ens qd ponit Parmenides esse ens: ⁊ est ens aliqd: sꝫ ita ꝙ sit nō ens oino. D. d. ergo necesse est vt illud qd est ens sit non ens. i. cōtingit igit̃ vt sit ens, illud qd nō est ens. ¶ Deinde declarauit hāc cōsecutionē: ⁊ dixit: dicere enīꝫ ipm esse albū ē verū ⁊c̃. i. dicere enīꝫ ꝙ ens est albū: est ponere albū eē ens: q: ista ꝓpō est vera: ⁊ iam declaratū ē ꝙ hoc

Qd vere est nulli accit. Lr̃a Argy. Si igit id qd ꝓprie ē ens, nō accidit cuiq;: sꝫ aliqd illi alid accit: ⁊ cur id qd ē ens ꝓprie ens signat potius ꝙ̄ nō ens. Naꝫ si id qd ꝓprie est ens erit ēt albū: album aūt nō ē ꝓprie ens: neqꝫ enī id qd ē ipsi accidere pōt. Nihil ē. n. ens qd nō ē ꝓprie ens. album ergo n̄ ē ens atqꝫ n̄ hoc quidē pacto: vt qppiā n̄ sit: sꝫ vt oino nō sit. Si igit̃ vti diximus id qd ē ꝓprie 27 ens erit ēt album: fit vt id n̄ sit ens qd ē ꝓprie ens. verū. n. dicemus si illd album eē dixerimus: ad hoc n̄ ens vti dicebat̃ significabat. q: si album ēt ꝓprie ens signat nō vnuꝫ id qd ē: sꝫ plura sane signat

nomē albū significat nō ens ſm positionē aduersarij: ex quo seqtur vt ens significet illud qđ ipse posuit nō ens. D.d. ergo ens ꝛc̄.i. ergo ens signāt illud qđ posuit ens. ꝛ est illud qđ recipit albedinē: ꝛ illud qđ posuit nō ens. s. albedinē. ergo ens significat plura.

¶ Neqꝫ igit̄ magnitudo erit qđ est siqdē qđ vere est: ē qđ est: vtriqꝫ. n. alterū est esse ptiuꝫ. Qđ aūt diuidit̄ qđ vere est: in qđ est ꝑe aliqd aliud ꝛ rōne manifestū ē: vt hō si est qđ vere est aliqd: necesse est ꝛ aīal qđ vere est, aliqd eē: ꝛ bipes. Si. n. qđ vere est aliqd est: ꝛ accn̄tia erūt aut igit̄ hoī: aut alicui alij sbto: sꝫ impoſſe est. Accidens. n. dr̄ hoc: aut qđ qdeꝫ ꝯtingit eē: aut nō esse: aut cuiꝰ est in rōne hoc cui accidit: vt sedere qdē sic̄ sepa/bile. in simo aūt ē rō naris: cui dicimꝰ accidere simū.

¶ Et ēt ens nō est magnitudo: si ens ē illud qđ ē ens: intētio. n. vtriusqꝫ ptis est alia ab altera: ꝛ manifestū est ꝙ illud qđ est ens diuidit̄ rōne ēt in aliqs ptes q̄ sunt ēt illud qđ est ens. V.g. qm̄ hō si fit illud qđ est ens/necesse est vt aīal ēt fit illud qđ est ens ꝛ bipes. Naꝫ si nō fuerint illud qđ est ens: ergo sunt accn̄tia: aut ergo hoī accidunt aut alteri sbto. Accn̄s. n. dr̄ aut de illo qđ pōt eē alicuiꝰ: aut de nō esse: aut de illo in cuius rōne acci/pitur illud cui accidit. V.g. sessio aūt quasi separatum: simitas vero ratio nasi accipit̄ in eo de quo dicimus ꝙ simitas accidit ei.

28 ¶ Et ēt. Cum redarguit Parmenidē, ꝓprie incepit cōtradicere eis ambobꝰ cōiter. ¶ Et dixit: ꝛ ēt ens nō est magnitudo ꝛc̄.i. ꝛ ēt ens ſm hanc opinionē impoſſe est vt dicat̄ esse corpus: ꝛ cum ens apud eos sit ens principalr̄: ꝛ corpus dr̄ de sbā ꝛ quātitate. erit igitur eē sbe aliud ab esse quātitatis. ¶ Et forte intēdit ꝙ si ens fuerit vnū: impoſſe est vt sit corpus. nam corpus est diuisibile: ꝛ hoc est manifestius vt mihi vr̄. ¶ Deinde incepit ꝯtradicere eis alio mō. ꝛ dixit: ꝛ manifestū est ꝛc̄.i. ꝛ vl̄r siue crediderint ipsuꝫ esse corpus siue nō: necesse est vt habeat diffinitionē ex qua intelligat̄ eius sbā. s. vt habeat aliqd quasi genꝰ: ꝛ aliqd quasi dr̄iam. ¶ Deinde induxit exēplum: ꝛ dixit. V.g. homo ꝛc̄.i. V. grā. qm̄ si posuerint ꝙ ens qđ est vnum apud eos sit hō: necesse est vt animal qđ est genus hoīs: ꝛ bipes qđ est eius differētia sint entia in rei veritate: nam ptes a rei que sunt ſm diffinitionē precedūt rem in esse. Deinde dedit rōnem super hoc. ꝛ dixit. nam si nō fuerint ꝛc̄.i. animal eniꝫ ꝛ bipes si nō fuerint đ nā illius qđ est ens ergo erūt accn̄tia in eo: ꝛ tūc aut erūt accn̄tia hoī aut alteri sbtō, sed impoſſe est vt animal bipes sint ac/cidentia

Rō ꝯ antiquos.

a Partes rei ſꝫ diffōnē pcedūt rē in eē. Jō 2. phy. 28. ꝛ ꝑ de aīa cō. 5. ex q̄ pꝫ ꝑtes diffōnis esse reales. Sed oppm̄ 7. meta. 33. ꝛ. 43. cō. Et ꝑ physi. cō. 5. ꝛc̄.

cidentia homini. Accidens eniꝫ inuenitur duob⁹ modis: aut separatuꝫ qd̓ qñqꝫ est in re: ⁊ qñqꝫ nõ vt sessio. aut nõ separatuꝫ: ⁊ est illud in cuius diffõne accipit illud cuius est accñs. Uerbi gratia: simitas que accidit naso: nasus eniꝫ accipit in eius diffõne. Deinde induxit impossibile qd̓ sequit̃. si aial ⁊ bipes fuerint alteri⁹ duorum modorum accidentis.

Accñs repitur duobus modis: aut separatuꝫ aut nõ separatuꝫ. 7. meta. 17. t. 18.

¶ Amplius quecũqꝫ in diffinitiua rõne insunt: aut ex qbus sunt in rõne horũ nõ inest rõ toti⁹: vt in bipede rõ hoĩs: ⁊ in albo que est rõ albi hoĩs. Si igit̃ hec hũc habent modũ: ⁊ oĩ accidit bipes: necesse est separabile esse ipsum: quare ꝯtingit vtiqꝫ nõ bipedeꝫ eẽ hoĩeꝫ: aut in rõne bipedis inerit hoĩs rõ: sed impossibile est istud. Istud eniꝫ in illi⁹ rõne inest. Si aũt alij accidũt bipes ⁊ aĩal: ⁊ nõ est vtrũqꝫ qd̓ vere ẽ aliqd ⁊ hõ vtiqꝫ erit accidentium alteri.

¶ Et dicamus etiã ꝙ illa que accipiunt̃ in rõne diffiniente rem: aut illa ex qbus inueniũt̃ res impossibile ẽ vt rõ illius rei vl̓is accipiat̃ in rõne illarum reruꝫ. U. g. vt rõ hoĩs accipiat̃ in bipede: aut rõ hoĩs albi accipiatur in albo: ⁊ si illa sunt talia: ⁊ bipes accidit hoĩ: necesse est aũt vt illud separatuꝫ sit ita ꝙ sit possibile vt homo nõ sit bipes: aut rõ hoĩs accipiat̃ in rõne bipedis: sed hoc est impossibile: nam hoc accipiat̃ in diffinitione illius. Et si bipes ⁊ animal accidant alteri: ⁊ vterqꝫ non est illud quod est ens: necesse est vt homo etiam sit de rebus accidentibus alteri.

¶ Et dicamus. Dicit. ⁊ manifestũ est etiã ꝙ illa que accipiunt̃ in rõne diffiniente rem: impossibile est vt in diffinitionib⁹ illoꝝ accipiant̃ ille res: qm̃ partes diffõnis precedũt diffinitũ: nõ diffinituꝫ precedit diffõneꝫ. Uerbi gr̃a. vt hõ qui est posterior bipede ⁊ aiali accipiat̃ in diffõne bipedis ⁊ aialis: aut hõ albus qui est posterior albedine ⁊ hoĩe: accipiat̃ in diffõne hoĩs ⁊ albedinis: qm̃ si ita eẽt tunc causatũ precederet cãm: ⁊ cum posuit hanc ꝑpositionẽ dicẽtem: ꝙ aĩal ⁊ bipes: ⁊ vl̓r illa que accipiunt̃ in diffõnibus rerũ nõ diffiniunt̃ per illas res: incepit facere mentionẽ de ꝑpositionibus ꝑdeclaratis. s. ꝙ accidentia sunt duobus modis. est eniꝫ accidens sepabile ⁊ insepabile: ⁊ qꝛ in diffõnibus insepabiliuꝫ accipit̃ illud de quo ꝑdicant̃: ⁊ cõgregat eas cum hac ꝑpositiõe: ⁊ declarat inducendo ad incõuenieñs illud qd̓ intendebat declarare. s. ꝙ aĩal ⁊ bipes non predicantur de hoĩe ꝫm ꝙ sunt accidẽtia. ⁊ dixit. si illa sunt talia ⁊c̃. i. cũ iste ꝑpõnes sint posite. s. qꝫ hõ nõ accipit̃ in dif 29

Partes diffinitõis precedũt diffinitũ nõ ecõtra: qꝛ tunc cãtum ꝑcederet cãm. Oppositũ ꝑ phyſi. tex. cõ. 5.

Hic ꝑbat̃ ptes diffõnis nõ esse accñtia.

finitiõe bipedis. Et ꝙ accidẽtia sunt duobus modis.s.mõ quo nõ separant a subiecto: ⁊ in cuius diffinitiõe accipit subiectũ: ⁊ mõ quo qñq; separant a sbto: manifestũ est ꝙ cũ posuerimꝰ ꝙ aĩal ⁊ bipes sint accidentia homini: ⁊ coniunxerimus eis has ꝓpões.s.ꝙ accidentium aliud est sepabile ⁊ aliud insepabile. ⁊ ꝙ in diffõne inseparabilis accipit sbm in quo est: sequet ex hoc alterꝫ duorũ impossibilium: q2 si bipes ⁊ aĩal fuerint accidẽtium sepabilium: seqt hoiem esse qñq; non aĩal: ⁊ qñq; non bipedem: si vo insepabilium seqtur vt homo accipiat in diffõne aĩalis ⁊ bipedis: ⁊ vtrunq; est impoẽ. Impoẽ enĩ est vt homo sit ⁊ careat vita: ⁊ impoẽ est ẽt vt homo accipiat in diffõne bipedis. sed est econuerso. Et cũ istud impoẽ seqtur si posuerimus ꝙ bipes ⁊ aĩal sint accidẽtia in hoĩe: ergo manifestum est ꝙ non sunt accidentia in eo. Deinde dixit. ⁊ si bipes ⁊ aĩal ⁊c. idest si bipes ⁊ aĩal que sunt rñdentia rebus q̃ accipiunt in diffõne entis: accidũt alicui sbo aliĩ ab hoĩe: ex eis q̃ ꝑdicantur de hoĩe: quem posuimus similẽ enti apud eos: ⁊ ista accipiuntur in diffõne hoĩs: manifestum est qm̃ ex hoc seqtur vt hõ qui est similis enti in põne sit accidens: ⁊ sic vnum eius apud eos erit accidens non sba qḋ est contra positum. ¶ Et abbreuiatio sũme istius ſmonis est: qm̃ que accipiũtur in diffõne entis: aut erũt de nã entis: aut erunt accñtia. si aũt accñtia: aut sbz eoꝝ erit ens: aut aliud ꝑdicabile de illo. si igit sbm eoꝝ erit ens: non erunt accidentia in eo: qm̃ accñtia aut sunt sepabilia aut insepabilia. separabilia aũt possunt esse extra illud in quo sunt: sed ab illis que accipiuntur in diffõnibus impoẽ est vt diffinita sepentur: insepabilia aũt diffiniũtur per sbm: sed non sbm per illa. vnde impoẽ ẽ vt illa que accipiunt in diffõne entis sint accñtia in eo: ⁊ impoẽ est vt sint accñtia in alio. nã si fuerint accñtia in alio: ⁊ sunt accepta in diffõne entis contingeret vt ens sit de natura eoꝝ: ⁊ sic vnũ ens apud eos erit accñs: ⁊ hoc est cõtra illud qḋ dñt. etiam si dixerint ipm esse accñs: seqt impoẽ ꝑdictum. Et cũ destructi sunt oẽs modi: ſm quos possibile est dicere: ꝙ illa que accipiunt in diffõne entis non sunt de natura accidẽtis: remanet vt sint de natura entis. ergo est multa non vnum. ⁊ h̃ est abbreuiatio istius sermonis.

Abbreuiatio ſmonis Arist.

Accidẽtia insepabilia diffiniũtur p sbm. s3 ñ sbm p illa. idem. 7. meta. 17. Et 19. ⁊. 40. c.

¶ Sed qḋ vere est sit accidens nulli: ⁊ de quo ambo ⁊ vtrũq;: ⁊ qḋ est in his dicatur: ex indiuisibilibus itaq; qḋ est erit oẽ. Quidam aũt rõnibus vtrisq; acquiescunt: huic quidem quoniam oĩa vnum sunt: si quod est vnum significat quoniam est: ⁊ quod non ẽ. Ei ãt qui decisione indiuiduas facientes magnitudines.

Qḋ verẽ est nulli accidit. idem supra. t. c. 27.

¶ Ponamus ergo ꝙ illud qḋ est ens nulli accidat: ⁊ vl'r dicatur illud de vtroq;: ⁊ de illo quod est ex eis: sequitur igitur ex hoc vt totum sit ex rebus indiuisibilibus: ⁊ videmus quosdam qui obediunt vtriq; ſmõi. obediũt enim sermoni dicẽti: ꝙ omnia sunt vnum si

ens significat vnū: q2 dicūt quod nō est ens h3 essentiam. obediūt aūt alteri s̄monı: q2 ɔcedunt magnitudies eē īdiuisibiles s̄3 diuisionē in duas medietates.

¶ Ponamus ḡ. i. ponat̄ igr̄ rōcinatio Parmēidis scḋa sup hoc q̄ ens est vnū sit talis: ens qḋ ē vnū ē corpus ōtrēs accn̄tia non est accidens: ⁊ corpus est vnū ⁊ indiuisibile; qm̄ si fuerit diuisibile p̄cedit diuisio sp̄ in duas medietates: ⁊ p diuisiōe3 in medietates deueniet ad hoc q̄ corpus sit cōpositū ex punctis: ⁊ sic corpus erit compositum ex non magnitudine ⁊ ex non corpore: qḋ ē impōle. ḡ corpus est vnum indiuisibile: ⁊ hoc intēdebat cum dixit. ⁊ vl'r ⁊c. idest vl'r ponamus q̄ corpus diuidit̄ in duas medietates: ⁊ q̄ ens dī de vtraq3 medietate. ⁊ ɔgregatio qḋ est corpus: ex quo sequitur vt corpus sit cōpositum ex non corpore. nam ille due medietates diuiduntur in duas: ⁊ ille due in duas alias. ⁊ p̄cedet hoc adeo q̄ in corpore non remanebit magnitudo: sed diuidet̄ s̄m totū: ⁊ deficiet aut dissoluet̄ in puncta: ⁊ vl'r in non corpus. qḋ est impōle. D. d. ⁊ videmus quosdam ⁊c. ⁊ intendit per istos duos sermones istū sermonem: ⁊ p̄mam rōem in q̄ dixit. qcqd est p̄ter ens est non ens ⁊c. D. d. obediunt aūt ⁊c. idest obediunt aūt huic qḋ dixit: q̄ qcqd ē p̄ter ens non dī ens: q2 existimant q̄ ens solūmodo dī vno mō. ⁊ iō visi sunt ɔtradicere huic s̄moni dicētes: q̄ qcqd est p̄ter ens h3 aliquam essentiam: etsi non dicat̄ ens: ⁊ innuit per hoc Platonē3. D. d. obediūt vero ⁊c. idest alij non obediunt isti rōni; q2 contradicunt ei ponendo corpora indiuisibilia. i. qm̄ Parmēides cu3 dixit: q̄ corpus diuiditur in duas medietates: continget vt diuisio pueniat ad non corpus. Cōtradixerunt huic sermoni alij homines cōcedendo: q̄ diuisio cadit in totum: ⁊ est falsum. Et dixerunt q̄ ista diuisio non peruenit ad non corpus: sed peruenit ad corpora indiuisibilia: ⁊ sic fugerunt vnum falsum: ⁊ ceciderunt in aliud falsu3. 30

In hoc cōmēto ōficit ɔtinuatio. Scḋa rō p̄menidis.

¶ Manifestum autem est: quoniam non verum ē q̄ si vnum sign̄at quod est: ⁊ nō pōle est sil' ɔdictiōe3 eē: nō erit nihil quod nō est: nihil. n. p̄hibet quod non ē non simpl'r esse: sed non ens aliquid esse quod non ē dicere extra ip̄m quod est: nisi aliquid erit aliud. vnū omnia esse inconueniens est: quis enim addiscit ip̄3 quod est: nisi quod vere est aliquid sit. si āt hoc ē: nihil tn̄ p̄hibet multa que sunt esse: sicut dictum est. q̄ qḋ ē igitur sic vnum esse quod est impōle sit: manifestū ē.

¶ Et manifestum est q̄ dicere q̄ ens significat vnū: ⁊ q̄ contradictoria non possunt esse insimul: impōle est vt non ens habeat essentiam rōnis: ⁊ non est vnū: ⁊ non est veru3. Nihil enim prohibet vt nō sit simpl'r:

¶ Si ergo hoc verū est q̄ omne qd̄ fit fiat: et corrumpatur qd̄ corrumpit: aut ex ꝯrijs aut ī cōtraria: et in horum media: media autem ex cōtrarijs sunt vt colores ex albo et nigro: quare omnia vtiq3 erunt que natura fiunt/ aut contraria/ aut ex cōtrarijs.

¶ Si igit̄ sit hoc verū omne qd̄ generatur et omne qd̄ corrumpitur: generat̄ et corrūpitur: aut ex contrarijs: aut in contraria: aut inter cōtraria: illa autem que sunt īter ꝯria sunt ex ꝯrijs. Verbi grā: aliqs color ex albo et nigro: ex quo necesse est vt illa que generant̄ per naturam: sint aut cōtraria: aut ex cōtrarijs.

47 ¶ Si igitur. Et cum ista inductio sit vera: apparet q̄ ista propositio vniuersalis est vera. s. dicens: q̄ omne quod generatur: generatur ex contrario: aut ex eis que sunt inter contraria: et omne quod corrumpitur: corrumpitur aut in contrarium: aut in illa que sunt inter contraria. ¶ Deinde dixit. illa autem que sunt inter contraria. etc. idest et cum iniunximus huic propositioni aliam manifestam per se: et est q̄ omnia que sunt inter contraria sunt ex contrarijs: vt aliquis medius color ex albo et nigro: sequit̄ q̄ omne qd̄ generatur in natura generat̄ aut ex cōtrarijs: aut ex generatis ex cōtrarijs: et hoc est in prima figura.

¶ Usq3 quidem igitur ad hoc fere secuti sunt: et aliorum plurimi: queadmodum diximus prius. Omnes enim elemēta/ et ab ipsis vocata principia/ et vere sinē ratione ponētes: tñ cōtraria dicunt tanq3 ab ipsa veritate coacti. Differūt tamen abinuicē in eo q̄ alij quidem priora: alij posteriora suscipiunt: et q̄ hi quidem notiora ꝑm rationē: illi autem ꝑm sensum: hi quidem enim calidū et frigidū: illi autem humidū et siccū: alij autem imparē et parem: quidam autem concordiam et discordiam causas ponūt generationis: hec autem abinuicem differunt ꝑm dictum modum.

¶ In hoc igitur fere plures residuorum conueniunt cum istis vt prius diximus: omnes enim ponunt elementa contraria: et illa que vocant principia: licet sint sine ratione contraria: quasi compellantur ad hoc ex

ipſa veritate: ſed differunt in hoc: quoniam quidam accipit ex eis illud qđ eſt prius in ſcientia: ꝛ quidam accipit ex eis illud qđ eſt poſterius in ſcientia: ꝛ quidam accipit ex eis illud qđ eſt notius in intellectu: ꝛ quidam aliud qđ eſt notius in ſenſu: quidam enim ponunt cauſas generationis calidum ꝛ frigidum: ꝛ quidam humidū ꝛ ſiccū: ꝛ quidam parem ꝛ imparem: aut amicitiam ꝛ litem: ꝛ iſta differūt ſꝫm modum quem diximus.

¶ In hoc igitur. tantum de cognitione principiorum. ſ. ea eſſe cōtraria: fere omnes antiqui cōueniunt cum iſtis quos diximus: omnes enim ponunt principia ꝛ elementa eſſe cōtraria: ꝛ ſi ſint ſine ratione quoquo modo: ſed natura veritatis cōpellit eos ad hoc: ꝛ ſi conueniunt in hoc ꝙ principia ſunt contraria: tamen differunt etiam in hac cōtrarietate quid ſit ſꝫm diuerſitatem eorum in priori ꝛ poſterio: i. ex contrarijs: quidam enim accipiunt illud qđ eſt prius in ſcientia. i. in cognitione per collationem: ꝛ quidam accipiunt prius apud intellectum in cognitione: ꝛ eſt illud qđ eſt magis vniuerſale: ꝛ quidam accipiunt prius apud ſenſum: ꝛ eſt illud qđ eſt magis pticulare: ꝛ eſt hoc ſꝫm qđ apparet vnicuiqꝫ eorum. ¶ Et dixit. hoc igitur tm̄ ꝛc. i. ꝛ intendit per plures reſiduorum illos quos nō numerauit. D. d. lꝫ ſit ſine ratione. i. ſine rōne perfecta: nam inductio induxit eos ad dicendum hoc. ſ. inductio in qua non inducūtur omnia particularia. Deinde dixit: quaſi cōpellant ꝛc. ideſt quaſi veritas que eſt in inductione/ cōpellat ad hoc eos. ¶ Deinde dixit. ſed differunt ꝛc. ꝛ intēdit per prius in ſciētia vt mihi videt̄ illđ qđ eſt notū per argumētationē: ante illud cuius cognitio indiget argumētatione magis. iſti enim vt mihi vr̄ videāt ꝙ illđ qđ eſt hmōi eſt prius in eſſe. D. d. ꝛ quidā accipiūt illđ qđ eſt notius in intellectu: ꝛ eſt illđ qđ eſt magis vle: ꝛ cōparatio inter cōprehenſibilia ab ītellectu ꝛ a ſenſu non verificat̄ niſi qn̄ accipit̄ in reſpectu cōis cōprehenſionis. D. d. ꝛ iſta etiā differunt ꝛc. i. ꝛ iſta que diximus differūt ſꝫm modos ꝓprietatis quos diximus: qui enim ponebāt calidū ꝛ frigidum ꝛ humidū ꝛ ſiccū principia cōtraria/ opinabant̄ ꝙ prius eſt illud qđ eſt notius in ſenſu: qui aūt ponebāt ꝑncipia par ꝛ impar credebāt ꝙ prius in eē eſt illud qđ eſt notius apud intellectū: ꝛ eſt illud qđ eſt magis vniuerſale: illi aūt q ponebant ꝑncipia amicitiā ꝛ litē: opinabant̄ ꝙ prius in eſſe notū per argumētationē eſt notius.

Prius cognitū apud intellm̄ eſt illud qđ eſt magis vle. Et pri⁹ cognitum apd ſenſum eſt illud qđ eſt magis pticulare. Idē in ſeq. Inductio ī q non inducuntur oīa pticularia eſt rō imperfecta. ꝑ hoc vide. 2. priorum. cō. 23. ꝛ que ibi.

¶ Quare eſt eadem dicere quodāmodo ꝛ altera adinuicem: altera quidem queadmodum videtur pluribus: eadē aūt ſꝫm analogiā. accipiunt enim ex eadem coordinatione: hec quidē enim cōtinēt: alia aūt ꝯtinentur ꝯtrariorum: ſic igitur ſimiliter dicunt ꝛ aliter peius ꝛ

Vle notum ſm rōnem: ſingulare ſʒ ſenſum.

melius:⁊ hi quidem notiora ſm rōnem: ſicut dictum eſt prius:illi aūt ſm ſenſum: vniuerſale quidem eniʒ ſm rōnem notum eſt:ſingulare aūt ſm ſenſuʒ:rō qui/dem enim vniuerſalis eſt:ſenſus aūt particularis: vt magnum ⁊ paruum ſm rationem eſt:rarum autem ⁊ denſum ſm ſenſum.

¶Et ſic iſti hoīes conueniunt quodāmodo ⁊ dīnt: differunt enim ſm ꝙ vident in eis plures hoīes: conueniunt autem ſm ꝙ ſequuntur eandem rōnem:accipiunt enim ex eadem ꝯiunctione: contrariorum eniʒ quedam ſunt determinantia:⁊ quedam determinata: ſunt igitur hoc modo ꝯuenientes in ſermone: ⁊ alio modo cōueniūt:quoniam quedam ſunt viliora:⁊ quedam nobiliora: ⁊ quedam notiora apud intellectum: vt prius diximus:⁊ quedam notiora apud ſenſum:⁊ vl'e eſt notius apud intellectum:⁊ particulare ē notiꝰ apud ſenſum.intelligere.n.eſt vl'e:ſentire vero particulare.Uerbi gratia: quoniam magnuʒ ⁊ paruū ſunt in intellectu:⁊ rarum ⁊ denſum in ſenſu.

49 ¶Et ſic iſti.Cum dixit ꝙ antiq ꝯueniunt in hoc ꝙ principia ſunt ꝯtraria quodāmodo:⁊ differunt alio modo:incepit numerare modos.ſ.in qbus ꝯueniunt ⁊ in qbus differunt.¶Et dixit. differunt enim ſm ⁊c.i.differunt diuerſitate quam plures hoīes ſciunt.ſ. famoſa diuerſitate: ⁊ ꝯueniunt q: ꝓcedunt in ꝯſideratōe per eandeʒ argumētatōem in genere: oēs enim vtuntur inductione: eſt enim cōe omnibus contrarijs hoc: qm̄ quedam ſunt determinantia ⁊ q̄/dam determinata:⁊ ꝯueniunt in hoc ꝙ reducunt terminata ad terminantia per inductionem. Uerbi grā: qm̄ qui dicit ꝙ principia ſunt calidum ⁊ frigidum ⁊ humidum ⁊ ſiccū nitit̄ per inductionē reducere oīa ꝯtraria ad iſta:⁊ ſilr̄ qui dicit ꝙ principia ſunt par ⁊ impar:aut additio ⁊ diminutio: ſm igr̄ hūc modū ꝯueniūt in hoc ꝙ vtunt̄ eadē argumētatōe in foīa:ſed dīnt ſm illud in q̄ arguūt. ¶Deinde dixit:⁊ alio modo ⁊c.i.⁊ ꝯueniūt ēt alio mō: illa enim que dicunt eſſe principia ꝯueniunt in hoc ꝙ alteꝝ ꝯtrarioꝝ eſt vi/lius:⁊ reliquum nobilius:⁊ in hoc ꝙ ſunt ꝓportiōalia: q: quedam ſunt notiora apud intell'm:⁊ quedam notiora apud ſenſuʒ:⁊ ſic cōtraria que ſunt notiora apud intell'm habent inter ſe ꝓportionem ſm intellectum:ſicut proportio contrarioꝝ que ſunt notiora apud ſenſum inter ſe ſm eſſe.¶D.declarat quod eſt notius apud intellectum:⁊ qd̄ apud ſenſum.⁊ dixit.vniuerſale enim ⁊c.⁊ ſm hoc ꝓportio calidi aut frigidi apd̄ ſenſuʒ ē:ſicut ꝓportio paris ⁊ īparis apd̄ ītell'm:⁊ ſilr̄ ꝓportio additiōis ⁊ diminutionis apud intellectum.

¶ Et cũ declarauit ꝙ vl'e est noti⁹ apud intell'uz: ⁊ pticulare apud sensuz dedit cãz in hoc: ⁊ dixit. intelligere. n. ⁊c̃. i. ⁊ cã in hoc ẽ. qm̃. cõprehẽsibile apud intellectũ est vl'e: ⁊ cõprehensibile apud sensuz est particulare. D. dixit. verbi grã ⁊c̃. i. verbi gratia qm̃ magnuz ⁊ paruũ sunt magis vl'ia ꝙ̃ rarum ⁊ densuz: ideo attribuunt̃ magis intellectui: ⁊ rarũ ⁊ densum magis sensui. ¶ Et hoc ita est: q: rarꝫ ⁊ densum comprehendũtur in corporibus sensibilibus naturalib⁹ magnum aũt ⁊ paruuz cõprehẽdunt̃ in corporibus naturalibus ⁊ mathematicis.

¶ De numero pncipioꝝ nãliũ ꝑm veritatẽ. Cap. 2.

Uod quidez igitur cõtraria opꝫ principia esse manifestũ est. Cõsequẽs aũt vtiqꝫ erit dicere: vtrũ duo aut tria aut plura sit. vnũz qdẽ. n. ĩpoı'e ẽ: qm̃ nõ vnuz [a] ꝯ̃ria: infinita aũt nõ: qm̃ neqꝫ scibile qđ est erit. [b] Et est igit̃ vna ꝯ̃rietas in oĩ gñre vno: substãtia aũt vnũ qđ/dam genus est. Et qđ cõtingit ex finitis melius ex fi/nitis queadmodum Empedocles ꝙ̃ ex infinitis: oĩa nãqꝫ ex finitis assignare opinat̃: queadmodũ Anaxa/goras ex infinitis. Amplius sunt alia aliјs priora con/traria: ⁊ fiunt altera ex alterutr'is: vt dulce ⁊ amaruz: ⁊ albũ ⁊ nigrũ; principia [c] aũt semꝑ opꝫ manere.

¶ Apparet igitur ꝙ necesse est vt principia sint con/traria: ⁊ sequit̃ hoc dicere vtrũ sint duo aut plura: im/possibile eniz est vt sint vnũ: cõtraria eniz nõ sunt vnũ neqꝫ ẽt infinita: quoniã tunc ens nõ sciret̃: q: igitur in oĩ genere est vnuz ꝯtrariũ: ⁊ substãtia est vnuz genus ⁊ q: impossibile est vt generatio fit ex principiјs infi/nitis: ⁊ est melius vt sint finita: vt dicit Empedocles ꝙ̃ infinita. põt eniz cõplere oĩa que affirmauit Anaxa/goras: cuz posuit generationẽ eẽ ex infinitis: ⁊ etiã q: cõtrarioꝝ sunt quedã priora aliјs ꝯtrariјs: ⁊ quedaz ꝯtraria que generãtur ex aliјs ꝯ̃riјs: vt dulce ⁊ amarꝫ: ⁊ albũ ⁊ nigruz: principia vero necesse est vt sint per/manentia eterna.

Apparet igitur. Manifestuz est igitur vniuersaliter ꝙ ne/cesse est ꝙ sint principia contraria: sed perscrutã/dum est primo vtrum sint duo vl' plura duobus. impoı'e eniz est vt sint vnũ pncipiũ; q: pncipia sunt ꝯtraria: ⁊ ꝯtraria sunt saltẽ. lıer 50

Rarꝫ ⁊ densuz sunt in corpib⁹ nãlibus. magnũ ⁊ pũuũ i nãlib⁹ ꝙ̃ i mathematicis sꝫ tũc oppono ꝑ cõ. 84. q̃rti phy. vbi hꝫ ꝙ rarꝫ ⁊ densuz contraria sunt i ꝙ̃titate ⁊ eã ꝯsequuntur. cũ igit̃ in mathematicis fit rõ ꝙ̃ti. g̃ ⁊c̃. Itẽ oppono ꝑ cõ. 72. ꝙ iaꝫ ibi dicit ꝙ subtilitas mathematice crescit in infinitũ. nõ ãt nãlr ⁊c̃.

a Cõtrarietas nõ salvat̃ i vno.

b Una contrarietas ẽ i oĩ genere. Idez infra tex. cõ. 55.

c Pricipia semꝑ oꝫ manere.

duolt impole ēt est vt sint infinita: qm̄ tunc ens erit non scibile: & vt prius diximus: & ēt in vnoquoqꝫ genere decem pdicamentorū est vna ꝯtrarietas: & ista est vnū genus eoꝝ: cuius principia sunt quesita: cum ista sit ista aliorꝫ generꝫ: vnde necesse ē vt ꝯtrarietas exñs in principijs non sit plus q̄ vna: & ē ꝯtrarietas exñs in ista & nedum vt sint infinita. ¶ Et hoc intēdebat cum dixit: & ista ē vnū genus: sed tacuit ꝯcl'on em: & cē: q ꝯtrarietas exñs in eadē ē vna & est pncipium aliorum entium. ¶ D.d. & qr impole est &c. dicit: & ēt si ꝯcesserimus dicētibus principia esse infinita: hoc esse pole: & q generatio possit fieri ex eisdem: tunc dicens hoc posset ꝯcedere q generatio pōt fieri ēt ex principijs finitis: & cū hec duo sint possibilia melius est vt sint ex finitis: vt dicit Empedocles: q̄ ex infinitis: vt dicit Anaxagoras: qm̄ dicēs pncipia finita esse/ pōt cōplere causas oīum apparentium sicut potest cōplere dicēs ea esse infinita: vt accidit Empedocli cum Anaxagora: & cum ꝯcesserimus q natura potest facere ex principijs finitis illud qd facit ex infinitis. melius est & rectius vt faciat hoc ex finitis: & si non tunc natura ageret ociose: & cum pōt saluare modica actiōe: ille aget actione artificiali: si aūt laborauerit actione maiori: ociose faciet & superflue: & ita est de natura sicut de arte. D.d. & etiā ꝯtrarioꝝ &c.i. & ēt non pōt aliqs dicere q oīa ꝯtraria sunt pncipia nedū vt sint infinita. ꝯtrarioꝝ enim quedam sunt priora quibusdam: quia quedā generantur ex quibusdam: vt sapores ex amaro & dulci: & colores ex albo & nigro: principia autem sunt illa ꝯtraria que non generātur ex alijs: neqꝫ transmutantur vt'r: principia enim debent esse pmanentia non transmutabilia: neqꝫ generabilia ex alijs.

Uide ꝯsile 8. phy. t. 9. 48. & 2. celi. tex. c. 35. Qui pōt sanare modica actiōe ille aget actione artificiali. si aūt laborauerit actione maiōi ociose faciet & superflue & ita est d nā sicut d arte ex q̄ ptꝫ q nihil est superfluū in nā nec i arte. Idē infra cō. 56. & prio ce. 32. Idem. 3. de anima. 45. Idē. 2. ph. 78. & 79.

¶ Q quidem igitur: neqꝫ vnū: neqꝫ infinita sunt: manifestum est ex his. Quoniam aūt finitoꝝ facere duo tātum: vel non facere duo tātum hꝫ q̄dam rōem: deficiet. n. vtiqꝫ aliqs qualr densitas raritatē facere aliqd apta nata sit: aut hic densitatem: sir aūt & alia quecūqꝫ ꝯtrarietas: non enim ꝯcordia discordiam ꝯducit: & facit aliquid ex ipsa: neqꝫ discordia ex illa: sed vtraqꝫ alterum quoddam tertium. Quidā aūt & plura recipiūt ex quibus parant eorum que sunt naturam.

¶ Declaratum est igitur ex istis sermonibus q principia non sunt vnum: neqꝫ infinita: & quia sunt finita erunt tunc in hoc sermōe dicēte: q sola duo nō agūt est locus dicendi. Homo enim ambigit & nescit quō densitas agit raritatem: aut raritas densitatem: & similiter in alijs contrarijs. Impole enim est vt amicitia ducat secum litem: & faciat ex ea aliquid: neqꝫ lis facit

ex amicitia:ſed omnes faciunt aliud tertiũ:videmus enim quoſdam qui acceperunt aliqua plura vno:⁊ poſuerunt ex eis natura entium.

¶ Declaratum. Cum declarauit ꝙ principia non ſunt infinita: incepit perſcrutari vtruȝ ſint plura duobus. ¶ Et dixit:⁊ quia ſunt finita ⁊c. idest ⁊ q: apparet ꝙ pncipia ſunt finita:⁊ ꝙ nõ ſunt pauciora duobus. ideo in ſermone dicente ꝙ duo non ſufficiunt in hoc ꝙ alterum patiatur a reliquo eſt locus rationis: contrarium enĩȝ non recipit ſuum contrariuȝ.ſ.non alteratur in eius formã:qm̃ calidum non recipit ex frigido calidum ſibi ſimile: frigus enim ſm ꝙ eſt frigus non recipit caliditatem neqȝ alterat in eam: ⁊ cum ſit impoſſe vt calidum faciat ex frigore calidum ſibi ſiſe: impoſſibile eſt vt ex eo faciat illud vl'r: ⁊ ſi'r ét dẽſitas nihil facit ex raritate: neqȝ amicitia ex lite ſm Empedoclem: ſed vnumquodqȝ ꝯtrariuȝ agit in tertium ⁊ ex tertio. Et cum declarauit ꝙ contraria non ſufficiunt in hoc ꝙ ſint pncipia:q: alter̃ nihil facit ex reliquo. dixit. videmus enim quoſdam ⁊c. i. ⁊ iõ videmus quoſdam ponere aliq̃ plura vno: ex qbus componit̃ natura vniuſcuiuſqȝ entis entiũ tranſmutabilium:⁊ ꝙ corpus demonſtratum eſt compoſituȝ ñ ſimplex. ⁊ dicit hoc: qm̃ ſi pncipia eſſent ꝯtraria tm̃: tunc generatũ eẽt ſimplex non compoſituȝ:⁊ dixit hoc: q: eſt ex mã ⁊ forma: alteratio igitur ꝯtrariorum inuicem coegit oẽs credere: ꝙ oĩa corpora ſunt cõpoſita non ſimplicia. ⁊ ꝙ in eis ſunt aliqua plura vno: ⁊ maxime prima corpora.ſ. quattuor elementa: iſta enim principia de quibus perſcrutantur ſunt cõmunia ſimplicibus ⁊ compoſitis corporibus.

¶ Adhuc autem amplius: ⁊ de hoc aliquis dubitabit niſi aliquis alteram ſuppoſuerit contrarijs naturam. Nullius enim videm⁹ eorum que ſunt ſubſtantiam contraria. Principium autem non de ſubiecto oportet dici aliquo: erit enim principium principij. Subiectum enim principium eſt ⁊ prius videtur eſſe predicato. Amplius non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariam ſubſtantie: qualiter igitur ex non ſubſtantijs ſubſtantia vtiqȝ erit: aut quomodo prius non ſubſtantia ſubſtantia erit.

¶ Et cum hoc ét ambigit hõ in hoc ꝙ narrabo ſi non poſuerit ꝯtrariorum aliam naturam: nõ.n. videmus contraria eſſe ſubſtantiam alicuius rei: ⁊ principium non opȝ vt dicatur in ſubiecto aliquo: dȝ.n. eſſe principium principij: ſubiectũ.n. eſt aliqđ principiũ:⁊ exiſtimat̃ ꝙ ẽ pus pdicato de illo. Et ét non dicimus ꝙ

51

Cõtrariũ ñ recipit ſuũ ꝯtrarium. Idem infra ꝯ.54.⁊.57. Idem ſupra cõ.42. Idẽ 8. phy. cõ. 4. 12. met. cõ.53. ⁊ .5. phyſ.14. ⁊ p celi com. 106.

Alteratio ꝯtrariorum inuicem coegit oẽs credere ꝙ oĩa corpa ſunt compoſita. Idem infra com.83. ex hoc ſumit̃ ꝙ tranſmutatio fecit cognoſcere materiam. Idem p ce. 20. 7. meta. cõ.4. phy. 14. 8. met. cõ.12. ⁊c.

Subiectum pncipiũ eſt ⁊ prius vr̃ eſſe pdicato ⁊c.

ſubſtantia eſt contraria ſubſtantie: quomõ igitur po/
teſt eſſe ſubſtantia ex nõ ſubſtantia: ⁊ quõ poteſt eſſe
non ſubſtantia prior ſubſtantia.

52 ¶ Et cum. Quia ro coegit principia eſſe cõtraria: induxit ſcðʒ ſer
mone cõtradicentẽ illi: vt cõtradictio iſtoꝝ duoꝝ ſermonũ cogat
nos ad ponendũ aliqḋ tertiuʒ aliud a cõtrarijs: vt eſt ꝓpriũ ſermo
nibꝰ diſputatiuis dicentibus. ſ. qñ illud qḋ accipit ſimpl'r in vtroqꝫ
terminatur ſm partem veram: ⁊ iſte ſermo diſputatiuus eſt: ꝙ cõ/
traria nõ ſunt ſubſtantia alicuius. cõtraria enim dicuntur in ſub/
iecto: ſubſtãtia aũt nõ dicit in ſbto. ergo ↄtraria nõ ſunt ſubſtãtie:
ſʒ principia debẽt eſſe ſbe: qꝛ principiuʒ ſubſtãtie eſt ſba: ergo con/
traria nõ ſunt principia: ſʒ iſta ↄſecutio nõ eſt recta: cũ apparuerit
ꝙ prima ↄtraria ſunt priuatio ⁊ forma. ¶ Deinde induxit ſecundã
rõnem iſtius generis: ⁊ eſt ꝙ cõtraria nõ ſunt ſubſtãtie: cuʒ ſubſtã
tia nõ ſit cõtraria ſubſtãtie: ⁊ principia ſunt ſubſtãtie: qm̃ prin
cipia ſubſtantie ſunt ſubſtantie. ¶ Modus cõuenientie inter has
duas rõnes eſt: qm̃ cum poſuerimus ſubiectum principioꝝ qḋ eſt
ſubſtantia: ⁊ ꝙ alteruʒ cõtrarioꝝ eſt priuatio: ⁊ ꝙ hic eſt ſubiectũ
illius priuationis ⁊ forme diſſoluent oẽs queſtiones: ⁊ verificabit
ꝙ principia ſunt cõtraria: ⁊ ſimiliter etiã nihil prohibet vt ſubſtã/
tie ſint cõtrarie ſm formas nõ ↄtrarie ſm ſubiectũ. ⁊ ſic dicere ꝙ
ſubſtantia nõ eſt cõtraria ſubſtãtie eſt verum ſm ſubiectum: ⁊ ꝙ
ſubſtantia eſt contraria ſubſtantie ſm formã eſt veruʒ. ⁊ hoc adiu/
uat Alexãdruʒ cum dicit. ꝙ in ſubſtãtijs ſimplicibus põt eſſe con
trarietas nõ in cõpoſitis. ⁊ Alexander intelligit hoc qḋ Ariſt. dicit
in predicamentis: qui dicit: ꝙ proprium eſt ſubſtantie non habere
contrariũ de ſubſtantijs compoſitis: nõ de ſimplicibus. Ariſto. eniʒ
dicit in libro de gñatione: ꝙ corpora ſimplicia ſunt contraria.

Nõ coegit ꝑncipia eẽ ↄtraria. ſʒ oppoſitum habet ſupra t. c. 48.

Principiũ ſbe eſt ſba. Idẽ. 12. meta, cõ. 22.

Nihil prohibet vt ſbe ſint ↄtrarie ſm formas oppoſitũ. 5. phy. c. 10. ⁊ 8. met. c. 5.

Scðo ð gene. t. c. 22.

¶ Unde ⁊ ſi aliquis priorem verã putabit eſſe rõnem
⁊ hanc: neceſſariuʒ eſt ſi debet ſaluare vtraſqꝫ ſubeſſe
quoddam tertiuʒ queadmodũ dicit vnã quãdaʒ na/
turam dicentes eſſe: vt aquã ⁊ ignẽ aut mediũ hoꝝ.
¶ Et ideo qui credit ꝙ primus ſermo eſt verꝰ: ⁊ iſte
ſermo cõtinget ei neceſſario ſi voluerit ꝙ iſti duo ſer
mones cõcedant ponere tertiũ: ſicut dixerũt ponẽtes
totum vnius nature aque aut ignis aut medij horuʒ.

53 ¶ Et ꝓpter hoc neceſſe ẽ vt opinat ꝙ primus ſermo dicẽs: ꝙ prin
cipia ſunt cõtraria: eſt verus ſm partẽ. ⁊ ꝙ iſte ſermo dicẽs ꝙ ꝑn
cipia nõ ſunt cõtraria; eſt etiã verus ſm partẽ. ⁊ ꝙ iſti duo ſermo/
nes nõ ſunt falſi ſimpl'r ſi ponat hic tertiã materiã: ⁊ ẽ alteratio cõ
trariorum inuicẽ: qm̃ ponẽdo iſtam naturã poterit ſoluere dubita
tioneʒ accidentẽ ex iſtis duobus ſermonibus oppoſitis. ¶ Deinde
dicit: ſicut dixerũt ⁊c. i. ſicut dixerũt quidaʒ: ꝙ omnia entia facta
ſunt ex eadẽ natura: ⁊ ꝙ ſubſtãtie reruʒ diuerſaꝝ ſunt in rei verita
te iſta natura vna: ex quibus ſunt facte. Quidam igit opinant: ꝙ

ista natura cõis omnibus entibus est vnum elementum quattuor: quidã autẽ ipsam esse mediũ inter contraria eorum.

¶ Uidetur autẽ medium magis: ignis enim & terra & aer & aqua ↄtrarietatibus cõpleta sunt. Unde nõ irrationabiliter faciũt subiectũ alterum ab his. facientes. Aliorum aũt quidã aerem. aer enim minime hꝫ aliorũ differentias sensibiles: cõsequẽter autẽ aqua.

¶ Et existimatur ꝙ mediũ est dignius: ignis enim & terra & aqua & aer sunt mixta per ↄtrarietatẽ. Et ideo qui ponit subiectum aliud a cõtrarijs: nõ fecit non rectum. Et post illum in rectitudine est qui ponit ipsum aerem: aer enim est minimus aliorum in diuersitate sensibili: & sequitur aqua.

54 ¶ Dicit. Et appet ꝙ q ponũt subiectũ aliqδ mediũ inter aerem & ignem: & vniuersalr inter duo viciniantiũ dicunt rectius: qm̃ isto subiectum opꝫ vt non habeat aliquam cõtrarietatẽ in sua substantia: cum cõtrariũ nõ recipit suum cõtrarium: & aqua & ignis & aer & terra vtrũq; habet cõtrariũ in sua substantia: mediũ autẽ nullam habet cõtrarietatẽ in substantia sua: quare mediũ est ppinquius nature istius subiecti ꝙ quattuor elementa: & hoc intẽdebat cum dixit. & ideo qui ponit &c. ¶ Deinde di. & post illum &c. i. & qui ponit ipsum aerem rectius facit ꝙ qui ponit ipsum vnum aliorum: & post illum in rectitudine est qui ponit ipsum aquam. & dixit hic. nam qui ponit ipsum vnum mediorũ. i. aque & aeris: & rectius facit ꝙ qui ponit vnum extremorũ. Cõtrarietas enim minus est in medijs ꝙ in extremis: & qui ponit aerem/rectius facit ꝙ qui ponit aquam: qm̃ differentię sensibiles cõtrarię pauciores sunt in eo. & ideo dixit: & sequit qui ponit ipsum aquã: q: aqua etiã est mediũ sicut aer: sed aer excedit aquã in hoc: q: differentię aque sunt manifeste magis sensui: & differentię aeris sunt latentiores. ¶ Et intẽdit per diuersitatẽs sensibiles dĩas ↄtrarias sensibiles. & dixit. ꝙ qui ponit subiectum habens dĩas latẽtes ponit rectius: q: subiectum in rei veritate est mãifestius esse est in potentia.

¶ Sed omnes vnũ hoc cõtrarijs figurãt: vt densitate & raritate: & eo qδ maius & minus. hec aũt omnia sũt excellentia. videlꝫ & defectus sicut dictũ est prius. sed videtur antiqua esse hec opinio: ꝙ vnũ & superabundantia & defectus principia rerum sint: sed nõ eodem modo. Sꝫ antiqui duo quidem facere: vnum autem pati: posteriorum autem quidam contrarium: vnum quidem facere: duo autem pati dicunt magis.

Lrã argy. Aer. n. minime respectu ceterorũ dĩas sensibiles hꝫ. atq; hũc sequit aqua.

Aer mĩme hꝫ dĩias sẽsibiles. idẽ p de gñone t. c. 19. Idẽ 2. δ aĩa. 113. Deinde aq̃ ex q̃ ptꝫ ꝙ terra sit frigidior aq̃. sꝫ oppositũ vide. 2. δ generat. t. c. 23.

Contrarietas min⁹ ẽ i medijs ꝙ i extremis. Idẽ. 5. phy si. cõ. 52.

Subĩ i rei vitate ẽ mã cui⁹ eẽ est i potẽtia. cõ sire p ca. de sba orbis.

Uidet ãtiq̃ esse opio ꝙ vnũ & supabũdãtia & defect⁹ pricipia reruꝫ sunt.

¶ Sed oēs figurant istud vnū per cōtraria densitatē & raritatem: & magis & minus: & manifestū est ꝙ ista vniuersalr̄ sunt in additione & diminutiōe: vt diximꝰ prius: & fortasse est opinio antiqua. s. vt principia entium sunt vnū & additio & diminutio: sꝫ non eodem modo. Antiqui enim dicunt ꝙ illa duo agunt: & vnū patitur: alij autē qui post venerunt: dixerunt econtrario. s. ꝙ vnum agit & duo patiuntur tm̄.

¶ Cum narrauit ꝙ bene fecerunt antiqui in hoc ꝙ cum contrarijs posuerunt subiectū: incepit etiā narrare qualr̄ ponebant dispositionem cōtrarioꝝ ex hoc subiecto. ¶ Et dixit: sed oēs figurant &c. idest sed oēs cōueniūt in hoc ꝙ faciunt subiectum figurari per hec duo cōtraria. i. ꝙ ponūt subiectū materiā: & duo cōtraria formam sm̄ ꝙ vnusquisqꝫ opinabatur in cōtrarijs. qui enim opinabantur ꝙ densitas & raritas sunt prima contraria ponebant illa differentias subiecti: & similr̄ qui opinabant̄ ꝙ hec contraria sunt magis & minus ponebant hec duo drias istius subiecti. D. d. & manifestum est &c. i. ꝙ raritas & densitas & magis & minus oīa sunt sub additione & diminutione. ¶ D. d. & forte est opinio antiqua: & intendebat ꝙ nō est inuenta a Platone. oēs enim & Plato opinabant̄ ꝙ principia sunt vnum subiectū: & additio & diminutio: sed opinio eoꝝ in ordinatione istius vnius & cōtrarioꝝ non est eadē. antiqui enī dicebāt: ꝙ cōtraria sunt forma agens: & subiectū est materia patiens. posteriores vero & Plato dicebāt: ꝙ cōtraria sunt materia passiua. s. magnū & paruū: & ꝙ vnum est forma agens.

¶ Tria quidem igit̄ dicere elemēta esse & ex his: & ex hmōi alijs intēdentibus videbit̄ vtiqꝫ habere quandam rōnem sicut diximus. Plura autē tribus nō amplius est ad patiendū quidem enim sufficiēs est vnū: si autē quattuor existentibus due erunt contrarietates oportebit seorsum vtrisqꝫ esse alteram quādam materiam mediam. si autē ex inuicē poterit generare: ociosa vtiqꝫ altera cōtrarietatū erit. Simul autē & impossibile est plures esse ꝯtrarietates primas. substātia enī vnum quoddam genus est entis: quare in eo qđ prius & posterius sunt differunt abinuicem principia tm̄: sed nō genere: semꝑ enim in vno genere cōtrarietas vna est: oēs enim cōtrarietates reduci vident̄ ad vnam.

Sꝫ in vno gnere vna est ꝯtrarietas. Jdē sup. t. cō. 50. Jdeꝫ 10. meta. t. cōmē. 15.

¶ Dicere igitur elemēta esse tria est sm̄ rationē quoquo modo: quū consideratū fuerit hoc de istis rebus

proprie et similibus: vt diximus. Plura autem tribus non: in passione autem sufficit vnum: si igitur fuerint quattuor: ita quod contrarietates sint due et indiget vtraque contrarietas per se alia natura existente inter illa. Si igitur possibile est vt vnum contrariorum sufficiat: tunc reliquum erit superfluũ: et cum hoc impossibile est vt prima cõtraria sint plura. substãtia enim est vnũ genus: et principia differũt abinuicẽ secundum prius et posterius tamen: nõ secundum genus: in vno enim genere vna est contrarietas: et omnes cõtrarietates videntur reduci ad vnam.

56 ¶ Dicere igitur. Quoquo mõ: quia propositiones quibus vtitur in hoc sunt famose: et cum declarauit quod principia nõ sunt vnũ: et apparuit ex disputatione ea esse tria: incepit declarare quod non sunt plura tribus. Deinde perscrutabitur demonstratiõe: vtrũ sint duo aut tria. Deinde. d. plura autẽ tribus non. i. quia in passione que est secundum generationem sufficit vna cõtrarietas. patiens debet enim esse cõtrariũ ei a quo patitur: ergo duo contraria cum subiecto sufficiunt in transmutatione: quia patiens quodãmodo est contrarium: et quodãmodo simile: et est modus quo recipit actionẽ agentis: et hoc nõ est nisi ex subiecto. D. di. si igitur fuerint quattuor etc. i. si igitur contraria fuerint duplicia: tunc vtrũque par indiget subiecto: et tertia natura cõmuni: et hoc intendebat cum dixit: existente inter illa: quoniam subiectũ est medium inter contraria. ¶ Et ipse dixit quod subiectũ est in similitudine medij. est enim sile ei quoquo mõ: quia est in potẽtia vtrũque extremũ: sed tamen secundum quod ẽ vtrũque extremũ potẽtia pura. mediũ vero ẽ vtrũque extremũ nõ pura potẽtia: sed aliqua potẽtia. in medio enim est vtrũque extremũ in actu: sed tamen non in vltima perfectione. est igitur in potentia vtrũque extremũ quodã modo: et in actu alio modo. subiectum vero pura potentia est vtrũque extremũ. ¶ Deinde. d. si igitur alterũ cõtrariorum sufficit reliquum est superfluum. i. si posuerimus quod principia essent sex. et quattuor cõtraria: et duo subiecta: tunc si alterum par contrariorum cum suo subiecto sufficiunt in hoc quod ex eis generentur omnia: tunc reliquum par erit superfluum. et natura nihil agit superfluum. alterum autẽ par contrariorum sufficit in generatione omnium entium: quia dictum est quod prima principia debent esse cõmunia omnibus entibus. ¶ Et signum eius est hoc quod omnia entia alterantur in inuicem. ¶ Deinde induxit secundam rationẽ et dixit. et cum hoc impossibile est. i. et impossibile est vt prima contraria sint plura: quia prima contraria necesse est vt sint primi generis. s. substantie: et contraria in quolibet genere sunt vnum par. vnde necesse est vt prima cõtraria sint vnũ par. ¶ D. d. et principia differũt etc. potest intelligi quod prima principia contraria que sunt in vnoquoque genere decem predicamentorum non differunt abinuicem secundum genus: sed secundum quod quedam sunt priora quibusdam: et cause quorundã: et omnia sunt in vno genere: sed reducuntur ad prima contraria: que

Patiẽs quodãmõ ẽ cõtrariũ et quodãmõ sile.

Dĩia inter sim̃ et mediũ. sed vide oppositũ de sio p phys. cõ. 82.

In medio ẽ vtrũque extremũ in actu: sed nõ in vltima perfectiõe. Jõ. 5. phy. 6. 19. Et. 52 cõ. sed tamen oppono de elementis medijs in quibus extrema nullo mõ sunt in actu sicut patet ex scdo de gñatione. et ex quarto cel.

Ex hoc p3 ꝙ prioritas cãe ad cãtũ tollit vni/ uocationẽ. Hoc nomẽ pma ꝯtra/ ria existen/ tia in vno/ ꝗ3 gñe non dĩ equoce nec vniuo/ ce: s3 ꝑm pᵒ ⁊ posteriᵒ.

Pria expõ

Secũda.

sunt causa aliorum cõtrarioꝝ. U.g. qm̃ si prima contraria in vno/ quoq3 genere sunt opposita ꝑm esse ⁊ nõ eẽ sunt: tũc opposita in ſba ꝑm esse ⁊ nõ esse sunt cãe alioꝝ oppositoꝝ existẽtiũ in a'ijs p̃dica/ mẽtis: ⁊ illa dñt eẽ pria ꝯtraria. qm̃ ħ nomen pria ꝯtraria exñtia ĩ vnoq3 genere nõ dicit̃ equiuoce: neq3 vniuoce: sed ꝑm prius ⁊ po/ sterius: ⁊ est modoꝝ nominis ambigui. ℭ Et põt intelligi alio mõ ⁊ est ꝙ principia cõtraria que sunt in substãtia l3 sint plura: tñ non differũt a seinuicẽ: nisi ꝑm prius ⁊ posterius: nõ q2 sunt in generibᵒ diuersis. ⁊ talia cõtraria reducunt̃ ad vnã ꝯtrarietatẽ que est pos oĩbus. ℭ D. d. in vno enim genere ⁊c. forte intẽdit dare cãm ꝓpter quã quedã cõtraria plura que sunt in eodẽ genere sunt priora qui/ busdã ꝑm scdam expõnez. ℭ Et forte iste sermo est maior ꝓposi/ tio: quã intendebat declarare ꝙ necesse est vt cõtrarietas que est in primis principijs est vna: ⁊ syllogismᵒ sic componit̃. prima ꝓn/ cipia cõtraria sunt illa que sunt in genere substãtie: ⁊ prima ꝯtra/ rietas que est in vno genere est vna. ergo prima principia ꝯtraria sunt vnũ par ꝯtrarioꝝ: ⁊ ꝑm hoc erit iste sermo p̃posterus. ⁊ tũc sic d3 legi: ſba enim est vnũ genus: ⁊ in vno genere est vna ꝯtrarietas. principia enim nõ differũt abinuicẽ nisi ꝑm prius ⁊ posterius. ꝑm do aliam expõnem d3 legi vt in textu: sed d3 intelligi in eo maior ꝓposi tio dicẽs: ꝙ in vno genere est vna cõtrarietas. qm̃ per illam cõple bitur cõclusio. ℭ D. d. ⁊ oĩa cõtraria vident̃ reduci ⁊c. põt intelli/ gi ꝙ oĩa cõtraria que sunt in eodẽ genere: cũ reducunt̃ in vnã con/ trarietatẽ sunt in potentia ⁊ principia vnũ. ℭ Uel sic: ꝙ oĩa ꝯtra/ ria que sunt in eodẽ genere ꝑm vnũquodq3 genus p̃dicamẽtoꝝ cu3 reducuntur ad cõtraria que sunt in ſba oĩa erunt vnum in poten/ tia ⁊ ꝑm respectum.

ℭ Hic phs determinat veritatem de numero princi/ piorum naturalium. Cap. 3.

Scdm naz cõia pus ẽ dicere. ⁊ sic circa vnũ. qdq3 ppria speculari. Jõ. 3. phy. te. cõ. 2. Et vide ibi.

Quod quidem igit̃: neq3 vnũ sit elemẽtum: neq3 plura duobus vel tribus manifestum est. horũ aũt vtrũ sit verũ queadmodu3 di/ rimus dubitationẽ h3 multam. Sic igitur nos dicamus primũ de omni generatione aggredientes. Etenim ꝑm naturã cõmunia prius dice re: ⁊ sic circa vnũq3q3 propria speculari.

ℭ Manifestũ est igitur ꝙ elemẽtu3 nõ est vnum: ⁊ ꝙ elemẽta nõ sunt plura duobus aut tribus: vtru3 aũt sit verũ h3 maximã qõnem. ponamᵒ igitur sermonẽ no/ strum hoc mõ: incipiamᵒ ⁊ ꝯsideremᵒ de omni gene/ ratione: qm̃ tunc procedemᵒ cursu nãli: ⁊ prius dica/ mus vl'ia cõia: deinde cõsideremus post de proprijs existentibus in particularibus.

Intẽdit

57

¶ Intendit hic per elemētū principia que sunt in re. & dixit q̄ hȝ maximā q̄onem: lȝ iam apparuerit ex disputatione principia esse tria/q: necesse est ponere illud qd̄ recipit esse generatuȝ ipsum esse subiectū aut cōtrariū. Si igitur fuerit cōtrariū: cōtinget cōtrariū alterari in suum cōtrariū: ita q̄ non esse: alteret̄ in esse: & mutetur in illud: qd̄ est valde improbabile: & si posuerim⁹ q̄ subiectū est recipiens: & q̄ cōtrariū recepit: continget vt in s̄ba nō sit generatio oīno. subiectū eniȝ est aliquid demonstratū & substātia: & vlr contingit vt aliquid sit/ anteq̄ sit: qm̄ si nō sit nisi ex s̄ba que est subiectum: & ista substātia sit cōis oībus entibus: & ens nō generat̄ nisi ex ente: ergo ens est anteq̄ generet̄: & ista q̄stio coegit plures antiquos ad negādū generationē. ¶ Deinde. d. tunc eniȝ p̄cedim⁹ &c̄. & in via doctrine. & q. dicat: & intēdimus cōsiderare prius de rebus vniuersalib⁹ cōibus/ q: ista doctrina est nālis. est eniȝ doctrina cuius propositiōes accepte in ea sunt maxime & sine medijs: & cum hoc manifestiores & nō accidit in ea iteratio. ¶ Et intendit per cōmunē generationē: generationē que fit in substātia & in omnibus predicamētis: & de substātia generationē cōmunē quattuor corporibus. s. igni & aque & aeri & terre: & corporib⁹ cōpositis. & vlr generationē que est vnius ex vno. ista eniȝ generatio est quattuor elementorū & compositoꝝ. generatio autē que est vnius ex pluribus p̄scrutanda est in libro de generatiōe: & hoc intendebat quuȝ dixit. D. cōsiderabim⁹ post de p̄prijs. i. de p̄prijs exn̄tibus in generatione vniuscuiusq̄ generū generabiliū: & hoc est in omnib⁹ partibus istius scientie. De generatiōe autē corporuȝ simpliciū & cōpositorū loquitur in libro perigeneos. & in quarto metheoroꝝ. & de proprijs vnicuiq̄ cōposito loquit̄ in libro de mineris: & in libro de plantis. & in libro de animalibus. sed librū de mineris nō habem⁹ neq̄ de plantis nisi duos tractatus.

Cavillus quo antiqui gener. negaverunt

Doctrina q̄ incipit a rebus vlibus cōib⁹ ē nālis: tum q: p̄pōnes accepte sunt imediate. tū q: manifestiores. tū ēt q: nō accidit reiteratio. Idem Cōme. i p̄logo suo sup. p. p phys.

Libꝝ d̄ mineris non hēm⁹ neq̄ de plantis nisi duos tractatus.

¶ Dicimus eniȝ fieri ex alio aliud: & ex altero alteruȝ: aut simplicia dicentes: aut cōposita. Dico autē sic: hoc est eniȝ hoc fieri hominē musicū: est autē nō musicum aliqd̄ fieri musicuȝ: aut nō musicū hominē fieri hominem musicū. Simpliciter quidē igitur dico: q̄ fit hominē & nō musicū: & q̄ simpliciter fit musicū: compositum autē & qd̄ fit: & qd̄ factū est cum nō musicuȝ hominē dicim⁹ fieri: aut musicū: aut musicū hominē. horum aūt hoc quidē non solū dicitur hoc aliquid fieri: sed etiam ex hoc vt ex nō musico musicuȝ: hoc autem non dicitur in omnibus: vt ex homine factus sit musicus: sed homo factus sit musicus.

¶ Dicamus igitur q̄ cum dicimus aliquid generari ex aliquo alio: & q̄ vniuersaliter generabile generatur

q. fit .i. id cuj attribuitur fieri
q. factum est .i. id ad q terminatur fieri

ex alio: forte intendim⁹ ſimplicia ⁊ forte compoſita. ⁊ intelligo hoc qđ narrabo: homo fit muſicus: ⁊ nõ muſicus fit muſicus: ⁊ homo nõ muſicus fit homo muſicus: intelligo hoc cum dico generatuꝫ ſimplex hominem ⁊ nõ muſicuꝫ. Et intelligo cum dico generatuꝫ ſimplex muſicũ. Et intelligo ét ꝑ generatũ compoſitũ hominẽ nõ muſicuꝫ fieri hominẽ muſicũ. Sed alterum duoꝛuꝫ illoꝛum dicitur fieri ex hoc ⁊ fieri hoc. Dicimus eniꝫ ꝙ ex nõ muſico fit muſicus: aut nõ muſic⁹ fit muſicus. Reliquũ vero nõ in omni dicitur vtrũqꝫ. non enim dicimus ꝙ ex homine fit muſicus: ſed homo fit muſicus.

58 ¶ Et eſt manifeſtuꝫ: ꝙ aliquid generaꝛ ex aliquo aut ab aliquo: ⁊ intendim⁹ alterã duaruꝫ intentionũ: qm̃ aut intẽdimus per hanc propoſitionẽ rem ſimplicẽ aut cõpoſitaꝫ. V. grã. qm̃ quũ dicimus ꝙ hõ fit muſicus: intẽdim⁹ ꝙ muſicus fit ex ſimplici qđ eſt hõ qui eſt ſubiectũ muſici. ⁊ ſimilr̃ qđ dicimus ꝙ nõ muſic⁹ fit muſicus: intẽdimus ꝙ muſicus ét fit ex re ſimplici que eſt nõ muſicũ: que eſt priuatio muſici. ⁊ quũ dicimus ꝙ homo nõ muſicus fit muſicus: intẽdimus ꝙ muſicus fit ex duob⁹. ſ. ex homine ⁊ nõ muſico. ⁊ hoc intendebat quũ dixit. forte intẽdimus ⁊c. ¶ Et quũ dixit. homo ~~imu ſicus~~ fit muſicus: intendit generationẽ que attribuitur ſubiecto in quo eſt generatũ. ¶ Et quũ dixit. ⁊ imuſicus fit muſicus: intendit generationẽ que attribuiꝛ oppoſito: ſiue ſit cõtrariuꝫ ſiue ſit priuatio. ¶ Et quuꝫ dixit. ⁊ homo nõ muſicus fit muſicus. intendit generationẽ que attribuitur vtriqꝫ. ſ. ſubiecto ⁊ oppoſito. Deinde expoſuit hec tria. ⁊ dixit: ⁊ intelligo quuꝫ dico generatuꝫ ſimplex ⁊c. i. ⁊ intelligo quuꝫ dico ꝙ generatio generati attribuitur rei ſimplici ſubiectũ qđ eſt homo in hoc exemplo: ⁊ oppoſitũ qđ eſt nõ muſicũ. ⁊ intelligo per illud cuius generatio attribuiꝛ rei compoſite illud qđ attribuitur vtriqꝫ. ſ. oppoſito ⁊ ſubiecto: qđ eſt homo nõ muſicus. ⁊ vniuerſalr̃ dicit ꝙ generatio attribuiꝛ oppoſito ⁊ ſubiecto ⁊ ambobus: ⁊ per oppoſituꝫ intellige contrariuꝫ ⁊ priuationẽ: ⁊ hoc eſt cõmune ſiue generatio fit in ſubſtãtia aut in alijs p̃dicamentis.

Drĩa ſm voce inter priuationeꝫ ⁊ mãm. ¶ Et quũ notificauit ꝙ generatio attribuiꝛ his duob⁹ ſimplicib⁹: dedit drĩam inter illam ſm vocem ⁊ ſm rem. ⁊ dixit. ſed alterum duoꝛũ ⁊c. i. ſed oppoſitũ põt proferri duobus modis. diciꝛ eniꝫ ipm̃ fieri hoc. ⁊ ex ipſo fieri hoc. ⁊ hoc eſt ſm idioma coꝝ. ⁊ ideo dixit. dicimus eniꝫ ꝙ nõ ex muſico ⁊c. reliquũ vero. ſ. ſubiectũ nõ proferꝛ tur niſi vno modo: ſcꝫ ipſum fieri hoc: nõ ex ipſo fieri hoc: nõ enim dicimus ꝙ ex homine fit muſicus: ſed dicimus hominẽ fieri muſicum.

Documẽtũ ¶ Et notãdum eſt ꝙ hoc eſt ſm idioma eoꝛum: ⁊ quoddã accidit in hoc tempoꝛe. hec enim prepoſitio. ex. in arabico eſt cõmunis: quãdoqꝫ igitur notat oppoſitum. ⁊ quandoqꝫ ſubiectum. hec

autem prepoſitio.ab.notat cauſam agentē tanquam ſubiectum. oppoſitum vero in noſtro idiomate non dicitur fieri hoc:ſed tantum dicitur in ſubiecto.hec vero prepoſitio.poſt.in noſtro idiomate dicitur proprie de oppoſito ꝛ nō de ſubiecto: dicimus enim poſt non muſicum fit muſicum:ꝛ non dicimus ꝙ poſt hominem fit muſicus: ꝛ cum dedit differentiam ſm vocem dedit differentiam ſm rem ꝛc.

Eorum autem que fiunt ſicut ſimplicia:dicimus fieri aliquid quidē permanēs fit: aliud vero nō permanens:homo quidem enim permanet muſic⁹ factus homo: ꝛ eſt:ſed nō muſicum ꝛ īmuſicū:neq; ſimpliciter: neq; compoſitum permanet.

Et illa que dicimus ſm ꝙ ſunt ſimplicia generari: quedam generanť permanēdo:ꝛ quedam nō permanendo.homo enim permanēs homo fit muſicus: non muſicus vero non permanet: neq; ſimplex:neq; quādo componitur.

Et illa que dicuntur generari ꝛ fieri aliquid aliud ſm ꝙ ſunt ſimplicia:ꝛ ſunt illa duo que prediximus:differunt in hoc:quoniā alterum permanet quādo generatur aliud ex eo:alterum vero non permanet ſed deſtruitur:ꝛ non eſt pars generati:alterum vero permanet ꝛ eſt pars generati. Verbi gratia.muſicus qui generatur ex homine: ꝛ non ex muſico.homo enim permanet quādo fit muſicus: nō muſicus aūt nō permanet quum ſit oppoſitus muſico: ꝛ ſi oppoſitum accipiatur ſingulariter:aut oppoſitum cū ſubiecto ꝛc. 59 Dña ſm rē inter priuationē ꝛ materiam.

Determinatis igitur his ex omnib⁹ que fiunt: hoc eſt accipere(ſi aliquis intēderit ſicut dicimus)quoniā aliquid opꝫ ſemper ſubijci qḋ fit.Et hoc ſi numero ē vnum:ſed ſpecie nō vnum eſt.ſpecie enim dico ꝛ ratione idem:nō enim idem eſt homini ꝛ īmuſico eſſe: ꝛ hoc qdē pmanet:aliḋ vero nō pmanet: nō oppoſitū qdē pmanet:hō enim pmanet:muſicū aūt ꝛ īmuſicū nō pmanet:neq; ex ambobus cōpoſitum:vt īmuſicus hō.

Et cum determinauim⁹ iſta ex omni qḋ generatur poteſt homo accipere hoc ſi poſuerit ſuam conſiderationem ex hoc qḋ dico.ſ.quoniā ſemper indigetur aliquo qḋ fit ſubiectū illorum omniū:ꝛ eſt illud qḋ ē generabile:ꝛ iſtud licet ſit vnum numero:tamen ſm formam nō eſt vnum:ꝛ intēdo per formam rōnem.ratio

enim hoīs non est ratio non musici: sed illud permanet: ⁊ hoc nō. illud aūt qd̓ non habet oppositū permanet: hō enim permanet: non musicus vero non: neq̄ cōpositum ex eis: vt homo non musicus.

60 ¶ Et quū determinata sunt hec duo pncipia simplicia quib⁹ attribuit gn̄atio: pōt homo accipere hec duo esse necessaria in omni gn̄atione si cōsiderauerit ī hoc ex hoc qd̓ dico: apparet em̄ bene q̄ omne generatū semper indiget aliquo subiecto: ⁊ est illud qd̓ in rei veritate dicit̄ generari. s. in tempore in quo generat̄ in actu: generatū enim cōpletum fuit generatū: ⁊ non est in actu: generatio igitur ſm q̄ est motus necessario habet subiectū: ⁊ est illud qd̓ dr̄ generari in actu. ¶ Et hoc qd̓ dixit manifestū est in substātia ⁊ aliys. generatum enim est generatū per motū: quem habet apud generationē. Deinde dixit. ⁊ istud licet sit vnum ⁊c. i. ⁊ istud qd̓ est generatum in actu: licet sit vnū a numero. i. subiecto: tamen non est vnū ſm rōnē. i. ſm diffinitionē: apparet em̄ in eo duo: quoꝝ vnum est oppositū rei qd̓ est principiū generationis: ⁊ aliud recipiēs illā rem: ⁊ oppositū b equiuocat̄ in arabico cum eo qd̓ est finis generationis. rō em̄ hoīs qui fuit musicus non est rō non musici qui fit musicus: homo enim permanet musica generata in ipso: non musica vero non permanet: sed destruit̄ quādo musica generatur in subiecto: ⁊ vniuersal̄r illud qd̓ caret opposito ex istis duob⁹ permanet: vt homo si fit musicus. musica em̄ non est opposita homini: non musica vero existens in homine est opposita musice: vt nō esse ad esse: ⁊ ideo deficit quādo fit musica. ¶ Et hoc qd̓ dixit intelligendum est cōiter in oībus predicamētis: ⁊ in predicamēto substantie. in spermate em̄ qd̓ hō fit necesse est vt sit aliqd: ⁊ est illud per qd̓ dicit̄ sperma. rō enim hoīs qui fit est opposita rationi spermatis: ⁊ etiā vt in eo sit aliquid recipiēs formam hoīs: ⁊ est in rei veritate illud c qd̓ dr̄ gn̄ari. s. illd̓ in quo inuenit̄ iste motus. motus em̄ dꝫ eē in subiecto: sicut diximus: ⁊ impossibile est vt sit in illo: cuius partes successiue destruuntur per generationem partiū illius: ⁊ est illud qd̓ est oppositū gn̄ato: sed iste motus est in subiecto: ⁊ si nō eēt subiectū: non eēt hic aliquid deferens istū motum: nec aliquid qd̓ diceretur moueri: neq̄ aliquid qd̓ esset in potētia aliqd: ⁊ auferret̄ nā possibilitatis: sed hoc ignorant moderni ꝓpter cōsuetudinē.

¶ Sed ex aliquo fieri aliqd / ⁊ non hoc fieri aliqd: magis quidē dr̄ in nō pmanentib⁹. vt ex nō musico musicū fieri: ex hoīe aūt non: at vero ⁊ in pmanentib⁹ aliqū dr̄ sil̄r: ex ere enim statuam dicimus fieri: nō es statuā. hoc tn̄ ex opposito ⁊ non permanenti vtrolibet dr̄ ex hoc hoc: ⁊ hoc hoc. ⁊ nāq̄ ex imusico: ⁊ imusicus fit musicus. vnde ⁊ in cōposito sil̄r est: etenim ex imusico hoīe: ⁊ imusicus hō dr̄ fieri musicus.

a Ex ꝗ ptꝫ aliquid: eē idē ſm ſbm ⁊ plura ſm diffinitōēꝫ. Idē. 5. phy ſi. 2. 47. Et 2. de aīa cō. 147. ⁊ q̄ ibi. Idē etiā. 3. physi. 19. ⁊ 21. Idē. 3. de aīa. cō. p.

b Opp. apd̓ arabes eq̄uocat̄: qd̓ ꝑ tāto dixit: q̄ꝛ oppo. dr̄ tā de termino a q̄ q̄ȝ de termino ad quē: ex quo hn̄t oppositionē adinuicē ⁊c.

c Illd̓ qd̓ ī rei veritate dr̄ gn̄ari est illd̓ ī q̄ inuenit̄ iste motus. ex q̄ pꝫ mā̄ꝫ de gn̄ari. sꝫ opp. vide. 7. me. 2. 23. vbi dicit cōpositū ex mā̄ ⁊ forma eē de gn̄abile: nō mām̄ neq̄ formā nisi p accidens. vide idē. p met. cō. p.

¶Dicere vero aliqd gñari ex aliquo nõ ipſuȝ gñari: hoc dr̃ ꝓprie in reb⁹ que nõ ꝑmanent: vt cũ dicimus ꝙ muſicus fit ex nõ muſico: ex hoĩe aũt non: ⁊ rariſſime dr̃ de eodẽ mõ in rebus q̃ permanẽt: dicimus.n. ꝙ ex cupꝛo fit idolũ: ⁊ non dicimus ꝙ cupꝛũ fit idoluȝ. In oppoſito vo qd̓ nõ permanet vtimur ſermone vtroqȝ mõ: dicimus.n. ex hoc fieri hoc: ⁊ hoc fieri hoc. U.g. ex nõ muſico fieri muſicũ: ⁊ non muſicũ fieri muſicũ: ⁊ ſil'r dicimus in cõpoſito. U.g. ex hoĩe nõ muſico fieri muſicũ: ⁊ hoĩem nõ muſicũ fieri muſicũ.

¶Quũ dedit dr̃iam inter illa duo ex quib⁹ eſt generatio ſm vocez ⁊ ſm reȝ vult hic diſtinguere quõ vitate ſunt iſte ꝑpoſitiões apud 61
eos. ¶Et dixit. dicere vero ⁊c. ⁊ intendit per illud qd̓ nõ permanet oppoſitum ⁊ apparet ex ſermone eius qd̓ oppoſitum non dicitur fieri hoc: ſed ex ipſo fieri hoc. ſed ipſe dicet poſt. ⁊ iam dixi: ꝙ dicitur vtroqȝ modo. ſcilicet ex ipſo fieri hoc: ⁊ ipſum fieri hoc. videtur igitur ꝙ ex ipſo eius exemplo qd̓ dixit non ipſum fieri hoc: non ſit in rei veritate: ſed large: quoniam illud qd̓ in rei veritate dicit̃ apud eos fieri hoc: eſt ſubiectum. ¶Deinde dixit: ex homine vero non. i. ex ſubiecto vero non dicitur fieri hoc. Uerbi gratia ex homine fieri muſicum. Deinde dixit: ſed rariſſime ⁊c. ideſt ſed rariſſime ⁊ tranſumptiue dicimus has prepoſitiones ex ⁊ ab in rebus permanentibus. ſcilicet ſubiectis. dicimus enim ex cupꝛo fieri idolum: ſicut dicimus ꝙ cupꝛum fit idolum: ⁊ hoc eſt ꝓpꝛium idiomati eoꝝ. Deinde dixit in oppoſito vero ⁊c. i. in oppoſito vero vtimur vtraqȝ prepoſitione. dicimus enim ꝙ ex non muſico fit muſicuȝ: ⁊ non muſicus fit muſicus: ⁊ ſimiliter faciunt in cõpoſito ſicut dixit: ⁊ ſermo eius eſt manifeſtus per ſe.

Illd̓ qd̓ in rei veritate dr̃ fieri hoc apd̓ grecos eſt ſbȝ. Idẽ 7. me. c. 25.

¶Multipliciter aũt cũ dicatur fieri: ⁊ hoꝝ quedã non ſimpl'r fieri: ſed hoc aliquid fieri: ſimpl'r autem fieri: ſubſtantiarũ ſolum: ſm quid aũt alioꝝ: manifeſtuȝ ꝙ neceſſe eſt ſubijci aliquid qd̓ fit; eteniȝ quantũ: ⁊ quale: ⁊ ad alterum: ⁊ qñ: ⁊ vbi: fiunt in ſubiecto aliquo. ꝓpter id qd̓ ſola ſubſtãtia de nullo alio dr̃ ſubiecto: ſȝ oĩa alia de ſubſtãtia. ꝙ aũt ſubſtãtia ⁊ quecũqȝ alia ſimpl'r entia ex quodam ſubiecto fiãt: cõſideranti fiet vtiqȝ manifeſtũ: ſemper eniȝ eſt aliquid qd̓ ſubijcitur ex quo fit qd̓ fit: vt plãte ⁊ animalia ex ſemine.

Fieri ſimpl'r ẽ ſbaꝝ: ſȝ qd vo accidẽtiũ ⁊c.

¶Et qꝛ generatio dr̃ multis modis: ⁊ ſunt quedam q̃ nõ dicunt̃ fieri aut gñari ſimpl'r: ſȝ dr̃ hoc fieri hoc:

Sempꝰ ẽ aliqd qd̓ ſubijcit̃ ex q̃ fit qd̓ fit ⁊c.

aut generari: dicit aũt simplr fieri/aut gñari in substã
tijs tm̃: in alijs vero manifestũ est q̃ necessario indigẽt
aliquo subiecto qd̓ est generatũ. dicere enĩ generari:
aut fieri in quanto: aut in quali: ꝛ in relatiõe: ꝛ in qñ: ꝛ
in vbi non dr̃: nisi quando imaginati fuerimus aliqd̓
subiectũ: q: sola substãtia nõ dr̃ de alio subiecto oĩno
alia vero oĩa dicunt de suba: ꝛ appet p cõsiderationez
q̃ sube ꝛ oĩa entia simplr indigẽt in gñatiõe subo: est
eñ hic semp subiectũ ex quo fit gñatio generati. V.g.
qm̃ aĩalia ꝛ vegetabilia generant ex spmate ꝛ semine.

62 ¶ Idest: q: generatio dr̃ multipliciter: sunt enĩ quedã que non dicunt generari simplr: sed generari hoc aut fieri hoc: ꝛ sunt accidẽtia. generari aũt simplr ꝓprie est substantie: manifestũ est q̃ necessario indigetur aliquo qd̓ dicat generari. ¶ Deinde dedit causam in hoc: ꝛ dixit. dicere eñ generari ꝛc. i. ꝛ causa in hoc q̃ subiectuz apparet in istis rebus. s. accidẽtibus est: qm̃ quuz dicimus quãtuz aut quale: aut ad aliqd: aut vbi: aut qñ: nõ dicimus: nisi qñ imaginati fuerimus aliqd̓ sbm vniuscuiusq̧ eoꝝ: qm̃ ista dicũt de substãtijs: sba eñ sola non dr̃ de subiecto. ꝛ quũ posuit q̃ subiectũ trãsmutationis in alijs p̃dicamẽtis/preter sbam/est manifestũ per se: incepit declarare q̃ silr apparet in sba: ꝛ dixit: ꝛ apparet per consideratioñ ꝛc. i. ꝛ ex nã generationis apparet illi qui ꝯsiderauerit: q̃ sbe ꝛ oĩa gñabilia indigẽt in gñatiõe: in eo q̃ est gñatio aliquo subiecto: oĩa enĩ habẽt aliqd̓ subiectũ ex q̃ generant. V.g. in sba: ꝛ est sperma aĩalium: ꝛ semen vegetabilium. ꝛ dixit hoc: q: perfecte apparet q̃ in spermate est aliqd: cuius ꝓportio ad aĩal generatuz ex ipso est sicut ꝓportio sbe demonstrate ad albũ ꝛ nigrũ: ꝛ silr ad predicamẽta accidentis. ¶ Queadmodũ enim generatio albi fm q̃ est motus indiget principio opposito ei qd̓ generatur ex quo fit motus: ꝛ tertio subiecto motui. silr est in alijs generationibus: ꝛ silr partes oppositi successiue recedũt a subiecto/ꝛ fiunt in ipso partes generati: silr est ꝛ in substãtia: in spermate a eñ apud generationẽ hoĩs non cessant ptes spermatis recedere: ꝛ ptes fieri hoĩs: donec forma humana pficiat: ꝛ hoc si forma recipit ꝑtitionẽ: si aũt non: istud necessario accidit in accidẽtib' ꝓprijs forme generate. vnde necio generatio sequit alterationẽ. ¶ Et q: subiectũ esse necessariũ in sba apparet ẽt inductiõe incepit notificare hoc: ꝛ dixit.

Gñari simplr ꝓpe est sbe idem. 5. phy. t.c. 7. Et p̃ d̓ gña. t.c. 11.
a In spmate apd̓ gñatiõez hoĩs ñ cessãt ptes fieri hoĩs: ꝛ ptes spmatis recedere donec forma hũana pficiat. ꝛ hoc si forma recipit partitionẽ. idẽ. 6. phy. cõ. 59. ex q̃ pz gñatiõez sbalẽ eẽ successiuã. cui' tñ oppo. d. Cõ. 6. phy. cõ. 32.

¶ Fiunt aũt que fiunt simplr: alia quidem trãsfiguratione: vt statua: alia vero appositione: vt que augmentant: alia vero subtractione: vt ex lapide mercurius: compositione autem alia: vt domus: alteratione vero alia: vt que cõuertunt f3 naturã. Oĩa aũt que sic fiunt: manifestum/quoniã ex subiectis fiunt.

Ea q̃ fiunt: fiunt/aut Trãsfiguratione. Appõne. Sbtractõe Cõpõne. Alteratõe.

[illegible]

[illegible]

¶ Et illa que generant̄: quedā p trāſmutationē figu/ re: vt idolum ex cupro: ⁊ quedam per additionem: vt illa que augmentant̄: ⁊ quedā per diminutionē: vt ex lapide humus: ⁊ quedā per cōpoſitionem: vt domus: ⁊ quedam per alterationem: vt illa que mutantur ſm materiā. Manifeſtum eſt igitur ꝙ generatio ſm iſtos modos eſt ex ſubiectis.

¶ Et apparet per inductionē ꝙ generatio indiget neceſſario ſubiecto: non ſolūmodo in naturalibus: ſed ⁊ in artificialibus. gñatio em̄ aut eſt in qualitate: vt idolū ex cupro: aut in quātitate vt augmentum ⁊ diminutio: aut ſm cōpoſitionez: vt domus ex laterib⁹ ⁊ lapidibus: aut ſm trāſmutationē que eſt in ipſa ſba: ⁊ hoc intēdebat quū dixit: ⁊ quedā per alterationē: vt illa q̄ mutant̄ ſʒ mām. i. quoꝝ materia tranſmutat̄: ⁊ oīa iſta vident̄ eſſe in ſbo: ⁊ neceſſario eſt vt omne generatum ſit ex ſubiecto ⁊ in ſubiecto: ⁊ verificat hoc inductione. ¶ Et he due tranſmutationes. ſ. que eſt in accidentib⁹ rei: ⁊ que eſt in ſubſtantia couenitunt in hoc: quoniam ſunt alteratio eiuſdē rei de vna qualitate in aliā: ⁊ de vna diſpoſitione in aliā: ſed qꝛ viderunt ꝙ qñ res tranſmutat̄ in quibuſdam iſtis diſpōnibus: ſtatim nomen ⁊ diffinitio eius trāſmutabunt̄: ⁊ in quibuſdaʒ non, vocauerunt primū modum trāſmutationē in ſubſtantiā ⁊ alterationem ſubſtantialem: ⁊ vocauerunt iſtas diſpōnes ſbales. Secundam vero trāſmutationē in qua neqʒ nomē rei: nec eius diffinitio trāſmutatur: vocauerūt alterationē accidentalē. ſʒ cū cōſiderauerunt illud qđ defert vtrāqʒ trāſmutationē inuenerūt ipm idē numero: ⁊ eſt corpus demonſtratū. videmus. n. idē corpus in eodem loco trāſferri de carneitate in terreſtreitatē: ⁊ de terreſtreitate in vegetabilitatē: ⁊ mutabit̄ nomē eius ⁊ diffinitio: ⁊ videmus ēt ipm trāſferri de albedine ī nigredinē: ſʒ nō amittit nomē ⁊ diffinitionē ⁊ ex hoc ſcitur ꝙ corpus qđ eſt ſubiectū iſti trāſmutationi ꝑmanet in noīe ⁊ diffinitōe: ⁊ ꝙ eſt ei⁹ diſpō ſbalis qua ſit vnū numero. corpus aūt cuius nomē ⁊ diffinitio mutant̄ p trāſmutationē diſpōnū: nō eſt vnū per diſpōnez exiſtentē in ipſo dantē ei nomē ⁊ diffōnem ꝓpriā: vnde neceſſe eſt vt iſtud ſubiectū ſit vnū: qꝛ non hʒ formaʒ dantē nomē ⁊ diffōnē vnā. ¶ Et eſt neceſſe ēt vt tres dimēſiones q̄ vident̄ inſeparabiles ab ipſo ⁊ eedē numeroque dicunt̄ corpus: ſint accidentia ⁊ vnum: qꝛ ſubiectū eoꝝ nō hʒ nomen neqʒ diffinitionem vnā numero: non enim eſt ſubiectū habēs formā ſubſtātialem, qm̄ ſi eſſent de diſpōnibus ſbe non mutaretur nomē iſtius ſubiecti: neqʒ eius diffinitio per mutationem alicuius diſpōnis eius: ⁊ eſſet tota trāſmutatio in accidētibus: ⁊ quū ita ſit: eſt igit̄ vnuʒ ſubiectū numero non hñs diſpōnem ſubſtātialē: ſʒ habēs naturā recipiēdi iſtas diſpōnes ſubſtātiales. eſt igit̄ in potētia ens oēs diſpoſitiones ſubſtātiales ⁊ accidētales: ⁊ hec dr̄ prima mā ⁊ primū hyle. etiam manifeſtum eſt ꝙ iſta mā non denudat a corporeitate: qm̄ tūc haberet diſpōnem ſubſtantialē: ⁊ haberet nomē ⊄ diffōnē.

63

Digreſſio.

Trāſmutatio ſbalis fit eit amittere nomē ⁊ diffinitōez. nō aūt trāſmutatio accñtalis. idē. 1. de cō. ⁊ ſba orbis. Et. 1. de aīa. com. 8. Et. 7. phyſ. cōmen. 15.

Iſtō ſbm. ſ. mā pma eſt vnuʒ: qꝛ nō hʒ ſolaʒ dātē nomen ⁊ diffōnē vnā idē. 12. meta. cō. 14.

Idē p ca. 5. ſba orbis. ⁊ 7. me. t. c. 8.

Et ex hoc pz q qui ponit hanc mām esse corp⁹ / peccat: et silr qui ponit illud qđ defert dimensiones subiectum habens formaz in actu: vt existimat Auicēna. Et hoc quidez verificato: dicamus q generatio et corruptio aut est alteratio in substantia: aut cōgregatio et segregatio: et quomodocunqz fuerit/non erit nisi ex aliquo: et ideo antiqui conueniunt in hac ꝓpositione: et q: non intelligebāt nām istius subiecti: negauerunt quidam generationē et corruptionem: et qdam posuerunt oēm transmutatōem de genere alterationis: et quidam appropriauit generationem et corruptōem et cōgregatōem et segregatōem. Qđ aūt indiuiduum substantie. s. cōpositum ex mā et forma fit et transmutetur ꝑm totum de non esse in eē sine aliquo deferente transmutationem: impossibile est oīno: nisi n. esse indiuidui compositi mutaretur in esse indiuidui substantie cōpositi: et morari in hoc est superfluū. Et q: corpus celeste caret potentia ad aliquam dispōnem non potentia ad vbi: ideo istud sbm. caret tali potentia: et q: caret hoc subiecto: ideo caret forma que sustentatur per hoc sbm: et fuit necesse vt forma eius esset liberata ab hoc sbo: et vt non haberet ꝯtōnem per corpus celeste: sed corpus celeste constituitur per illam: vt scies alibi.

Cōtra Aui. — Idez p. de gen. p̄mo. — Cōtra tres leges. — Corp⁹ celeste caret potētia ad aliquā dispōnē nisi potētia ad vbi.

Quare ostensum ex dictis est: quoniam qđ fit semp compositum est: et est quidem aliquid qđ fit: est autez aliquid qđ hoc fit: et hoc dupliciter: aut enim subiectū aut oppositū. dico aūt oppositū qdē nō musicū. subiectum aūt hoiem: et infiguratōem et inordinatōez et informationem/ oppositum: es autem et lapidem et aurum dico subiectum.

Idē. 8. meta. cō. 12. et 12. meta. c. 10. et 2. ca. de sba orbis.

Declaratum est igitur ex dictis: q oē generatuz sp est compositum ex aliquo qđ generaꝝ: et ex aliquo qđ est generatum: et hoc duobus modis: aut subiectum: aut oppositum. et per oppositum intelligo non musicū. et per subiectum hominem: et similr etiaz non figura: et non idolum: et non ordo est oppositum: cuprum vero et lapis et aurum est subiectum.

Oē gn̄atuz ē cōpositum.

64 Intēdit p illud qđ generaꝝ/formam: et quū dixit: et hoc duobus modis. innuit illud qđ gn̄atur. dicimus. n. sbm fieri hoc: et silr oppositum ꝑm q p̄dixit. Sed gn̄atum in rei veritate est compositū ex forma et sbo: oppositum vero qđ est non esse/est de necessitate generatōis: qm̄ necesse est vt nō eē p̄cedat gn̄atum: et si nō: nō esset gn̄atū: sz nō esse recedit a forma et remanet sbm: et sic gn̄atum in rei veritate est cōpositū ex mā et forma. quū igr̄ dixit: q oē gn̄atum est sp et c. Deinde diuisit illud qđ dī generari in duo: in nō esse et in sbm: et nō esse recedit a gn̄ato qđ est forma. Forte igr̄ intēdit p gn̄atum: non illud qđ est cōpletum iam: sed illud qđ est in via gn̄ationis: in hoc

Gn̄atuz in rei veritate ē cōpositū ex sbo et forma. Idē. 7. m. c. 23. 26. 27. 31. 33. Idē. 8. m. t. c. 8. Et 12. m. c. 18.

enim tria exigunt: scilicet .s. et pars de non esse: et pars de forma: et sic generatum secundum hoc erit compositum ex tribus: quantum vero completum est compositum ex duobus tantum .s. subiecto et forma: et si istud subiectum nunquam est extra non esse: sed non esse/ quod semper est coniunctum cum forma est priuatio forme opposite illi forme. ¶ Aut sermo eius ex aliquo quod generatur ex eo erit de dispositione generati: non quia est compositum ex aliquo quod generatur: et ex aliquo quod est generatum: et est euidentius. ¶ D.o. et intelligo per subiectum .i. subiectum musice. Deinde dixit: cuprum do et lapis et aurum sunt subiectum .i. habentium figuram et idolum: et ordinem quibus sunt opposita: non figura et non idolum et non ordo que sunt in eis ante figuram et idolum et ordinem.

¶ Manifestum igitur quod siquidem sunt cause: et principia eorum que natura sunt: ex quibus primis sunt et fiunt non secundum accidens sed vnumquodque quidem dicitur secundum substantiam quod fit ex subiecto et forma. Componitur enim musicus homo ex homine et musico quodammodo: resolues enim rationes in rationes eorum.

Ex hoc textu habetur quod omne compositum resoluitur in sua componentia. Idem .3. me. co. 15. et .3. celi co. 15.

¶ Manifestum est igitur quod si cause et principia existentia naturaliter sunt illa ex quibus primo sunt: aut generantur non accidentaliter: sed secundum intentionem quam intendimus per vnumquodque eorum in sua substantia: tunc generatio cuiuslibet est ex subiecto et creatione. Dicere enim hominem musicum est compositum ex homine et musico quodammodo compositionis. potes enim resoluere vtrunque sermonem in suas diffinitiones.

¶ Quum declarauit quod principia sunt tria: forma et priuatio et subiectum: et quod hec tria exiguntur in generatione: incepit notificare que eorum sint per se: et que per accidens. ¶ Et dixit: manifestum est igitur quod si cause et principia existentia naturaliter sunt illa ex quibus primo fiunt illa quorum sunt principia: aut generantur si sint innata generari: et hoc non per accidens: sed per se: et est vt vnumquodque eorum habeat rem in substantia compositi: et hoc intendebat quum dixit: sed per intentionem etc. i. dest: sed sunt principia secundum intentionem quam intelligimus ex principiis que sunt pars substantie rei. ¶ Et quum induxit sermonem qui est quasi precedens induxit illum qui est quasi consequens: et est quod omne est ex subiecto et forma tantum: non ex priuatione: et tacuit de precedente illud per quod apparet consecutio consequentis: et est quod ex subiecto et forma fit generatio rei per se. ¶ Et sillogismus componitur sic: si principia naturalia sunt illa ex quibus generatur generabile per se et principaliter: et talis est dispositio forme et subiecti: necesse est vt omne generabile generetur ex forma et subiecto. ¶ Deinde dedit exemplum et dixit. dicere .n. hominem musicum etc. i. ex subiecto et forma et hoc quod dixit: de qualitate intelligendum est in substantia: sed induxit exemplum in qualitate: quia est notius. Deinde dixit: potes .n. etc. i. potes enim

dissoluere rōnem materie ⁊ forme: ⁊ distinguere eas ſm diffōnem: ls nō ineſſe: non.n. ſeparant a ſeinuicem in eſſe: licꝫ ſeparentur rōne.

¶ Manifeſtum igitur eſt ꝙ ſunt que fiūt ex his. Eſt aūt ſubiectum numero quidē vnum: ſpecie vero duo: hō quidē ⁊ aur: ⁊ oīno materia numerabilis. hoc.n. aliqd magis: ⁊ non ſm accidēs ex ipſo fit qḋ fit: priuatio aūt ⁊ contrarietates p accñs: vnū aūt ſpēs vt ordinatio: aut muſica: aut alioꝝ aliquod ſit predicantium.

¶ Declaratuꝫ eſt igitur ꝙ generatio cuiuſlibet quod generaṫ eſt ex iſtis duobus: ſed ſubiectuꝫ in numero vero eſt vnū: in forma aūt duo. hō.n. ⁊ aur: ⁊ vlr mā eſt numerabilis: ⁊ poteſt numerari q: ē dignior vt ſit demonſtrata: ⁊ quod generatur ex ea: non generatur per accidens. priuatio autē ⁊ contrarietas eſt per accidens: forma vero eſt aliud: vt ordo ⁊ muſica: aut alia eorum que predicantur hoc modo.

66 ¶ Quum declarauit ꝙ omne gnābile generaṫ per ſe ex ſubiecto ⁊ forma: incepit ēt declarare quomō accidit ſubiecto priuatio: ⁊ daṫ dīiam inter illa quam ignorauit Plato: quare non diſtinxit inter materiā ⁊ ꝑuatiōeꝫ. ¶ Et dixit. eſt ex iſtis duobus ſm rōem duo: lꝫ ſit vnum ſubiectum: eſt enīꝫ ens ⁊ priuatio. Deinde dixit. homo enim ⁊ aur ⁊c. i. ⁊ ꝑma mā eſt aliud a ꝑuatōe: q: ita ſe hꝫ ad res ſicut homo ad muſicam: ⁊ auruꝫ ad ānulum: ⁊ homo ⁊ aurum: ⁊ vlr mā ſm ꝙ eſt mā numeratur in entibus: qḋ non eſt in priuatione: licet mā non ſit aliqd in actu ſm ꝙ eſt mā: tñ dignior eſt vt ſit aliqḋ demonſtratum ꝙ̄ priuatio. i. tñ ꝓpinquior eſt dici eſſe in actu: ꝙ̄ priuatio. ¶ Et dixit hoc: q: prima materia multum admiſceṫ cum priuatione. ¶ Deinde induxit ſcḋam dīiam: ⁊ dixit. ⁊ qḋ generaṫ ex ea ⁊c. i. ⁊ ꝑuatio ēt differt a materia qm̄ generatum eſt ex materia per ſe: quum ſit pars eius. ex priuatōe aūt eſt aliquid per accidens quum non remanet: ita ꝙ ſit pars generati: ⁊ intelligendum ē hic per accidens ⁊ neceſſarium. ¶ Illud enim qḋ eſt ꝑ accñs aliud eſt neceſſarium: aliud rariſſimum: q: eſt neceſſarium generatōi: q: neceſſario ꝓcedit generatum: ſed quum attribuiṫ ſubſtantie generate inuenietur ꝑncipium per accñs: ſed vlr non ſeparaṫ a materia: ſꝫ quñcūqꝫ materia admiſcetur cum aliqua forma tm̄ admiſcebiṫ cū ꝑuatōe forme oppoſite illi: ⁊ ipſa ēt non hꝫ in ſe formā ꝓpriam: neqꝫ ꝑuatōem ꝓpriam: nam ſi haberet formam ꝓpriam nō reciperet oēm formam: ⁊ ſimilr ſi haberet priuationem ꝓpriam.

¶ Unde eſt quidem ſicut duo dicenda ſunt eſſe principia: eſt autem ſicut tria: ⁊ eſt quideꝫ ſicut contraria: vt ſi aliquis dicat muſicum ⁊ imuſicum: aut calidūꝫ ⁊

Plato nō diſtixit inter māꝫ ⁊ ꝑuationem.

Mā nūerat̄ī entib' lꝫ ñ ſit aliqd ī actu: ꝫ ꝙ ē mā. qō quō intelligēdū ſit vide. 4. phy. 59. c.

Per accñs neceſſariū. Rariſſimū.

Mā nō hꝫ formaꝫ ꝓpriaꝫ neqꝫ ꝑuatonem ꝓpꝫ. Idē ſupra c. 63. Idē v

fri3idum: aut ɔſonans ⁊ inconſonans: eſt autem ſicut non. ab alterutris enim contraria pati impoſſibile ē. Soluitur autem ꝓpterea ꝙ aliud eſt ſubiectum: hoc enim non eſt ɔtrarium: quare neq3 plura contrario: u3 ſunt principia quodā modo: ſed duo vt eſt dicere numero neq3 iterum penitus duo: pp id qđ alterum eſt eſſe ipſis: ſed tria. alteꝝ enim eſt homini ⁊ nō muſico eſſe: ⁊ in figurato ⁊ eri.

ſra.c.69. Idē.3. ce. c.67. Ide3 7.met.ɔ.8. Idē p ca.6 iba oꝛđ. Id iſra i hoc ꝑ phy.c.79. Id.4. phi. 59.

¶ Et ideo poteſt quis dicere principia eſſe duo: ⁊ poteſt dicere eſſe tria: ⁊ poteſt dicere ea eſſe cōtraria. V. g. muſicum ⁊ non muſicum: aut calidu3 ⁊ frigidū: aut compoſitum ⁊ non compoſitum: ⁊ pōt dicere ꝙ nō ē ita. nam impoſſibile eſt ɔ̄rioꝝ vnu3 pati a reliquo: S3 iſta queſtio diſſoluit: q2 ſubiectum eſt aliud. hoc enim non eſt ɔtrarium: ergo principia non ſunt plura numero ɔtrarioꝝ quodā modo: ſed quaſi in numero ſunt duo: ſed tñ non ſunt duo oībus modis: accidet enim eſſe eoꝝ aliud ſed tria: dicere enim in homīe ipſum eſſe non muſicum eſt aliud ab ipſo eſſe hoīe3: ⁊ dicere in cupꝛo ipſum eſſe ſine figura tali: eſt aliud ab ipſo eſſe cupꝛum.

¶ Quū declauit ꝙ ꝑncipia p ſe ſunt duo: mā. ſ. ⁊ foꝛma: ⁊ ꝙ ñ ꝑuatio dicat ꝑncipiū eſt p accñs: dicit ꝙ ex hoc nō diſſoluent ɔ̄ōnes ꝑdicte. ¶ Et dixit. ⁊ iō pōt qs dicere ꝑncipia eſſe duo. ſ. quum intēderit illa que ſunt ꝑncipia per ſe: ⁊ pōt dicere illa eſſe tria: quū non fecerit diſtōnem inter illa q̄ ſunt p ſe ⁊ per accñs: ⁊ pt dicere illa eē ɔtraria. i. quū ſolūmō ɔſiderauit inductōem p qua3 ſupra ꝓbauit ꝑncipia eſſe ɔtraria: aut ſm ꝙ ꝑncipia ⁊ ɔtraria ɔueniunt in illis trib⁹ ꝓprijs ꝑdcis. ſ. qm̄ nō ſunt ex inuicē: neq3 ex alijs: ⁊ ꝙ oīa ſunt ex eis. ¶ D. d. ⁊ pōt dicere ꝙ ñ ē ita. i. pt dicere ꝙ ꝑncipia ñ ſolūmō ſunt ɔtraria: ɔtraria. n. nō patiunt abinuicē: ⁊ patiēs. n. d3 eſſe ſīle ⁊ nō ɔtrariū. ¶ D. d. ſed iſta qō ⁊c. i. ſed hoc non ꝓhibet ut ꝑncipia ſint ɔtraria: ⁊ non notificat ꝙ ꝑuatio nō ē ꝑncipiū niſi p accñs: ſ3 addit tertium qđ nō eſt ɔtrariu3: ⁊ ē ſubiectū. D. d. g̃ ꝑncipia ⁊c. i. g̃ ſm ꝙ diximus ꝑus: principia non ſunt plura numero cōtrarioꝝ que ſunt duo: quū ꝑncipia accipiant per ſe: ⁊ hoc intēdebat quū dixit: q̄dā mō. D. d. ſ3 q̄ſi i nūero ſunt duo ⁊c. i. ſunt duo p ſe: ⁊ ñ duo quū accipient ſ3 ꝙ ſunt ꝑncipia ſimplr̄ ñ diſtiguēdo illa q̄ ſunt p ſe: ab illꝭ q̄ ſunt p accñs: accidit. n. ꝑncipijs q̄ ſunt p ſe aliud: ⁊ ē ꝑuatio: ⁊ ſic erūt tria. quū ꝑuatio fit ō necītate gñatiōis. D. d. ſ3 ſūt tria. i. ſ3 ſ3 hūc modū ſūt tria. dicere. n. i hoīe ip3 eē ñ muſicū: qđ ē 67

priuatio musice: est aliud a subiecto qđ est hō: ⁊ hō: ⁊ non musicus sunt alia a musico. Sunt igit̄ tria: forma ⁊ subiectū ⁊ priuatio.

¶ Quot quidem igitur principia circa generationem physicorū: ⁊ quomodo tot sunt: dictum est: ⁊ ostēsum est: qm̄ oportet subijci aliquid contrarijs: ⁊ contraria duo esse: sȝ quodāmō alio: nō necessariū est: sufficiēs eniȝ erit alterū ꝯrioꝝ facere abſ̄ntia ⁊ pn̄tia mutatiōeȝ.

¶ Iam igit̄ diximus quot sunt principia rerū generabilium: ⁊ vnde sunt tot: ⁊ est declaratū ꝙ cōtraria debēt habere subiectū: ⁊ ꝙ ꝯtraria sunt duo: alio v̄o modo nō est necesse: sufficit enim alterum cōtrarioruȝ in hoc ꝙ agat trāsmutationē ipso presente ⁊ absente.

68 ¶ Quum demōstrauit numerū principioꝝ: incepit facere summaȝ de illis que declarauit. ¶ Et dixit: iaȝ igit̄ diximus. i. declaratū est: igitur quot sunt principia reruȝ naturaliū quū numerāt̄ per se: aut quū numerant̄ per se ⁊ per accidēs: ⁊ causa ꝓpter quā sunt tali numero: ⁊ quū hoc declaratū est ꝙ necesse est vt in generatiōe in substantia sit aliqđ subiectuȝ: ⁊ est prima materia: sicut est dispositio in generationibꝰ alioꝝ predicamentoꝝ. ¶ Deinde di. ⁊ ꝙ contraria sunt duo. i. quū non distinguat̄ illud qđ est per se ab illo qđ est ꝑ accidēs. quū aūt accipiunt̄ ſm ꝙ sunt ꝑ se. sufficiunt in hoc subiectum ⁊ forma: ⁊ hoc intēdebat quū dixit. alio v̄o mō nō est necesse. ¶ Et dixit hoc: q2 sufficit in generatione esse forme ⁊ in corruptiōe nō esse eius: ⁊ hoc intēdebat quū dixit: sufficit alterū. idest forma.

¶ Tractatus Tertiꝰ in quo dissoluit dubitationes antiquoꝝ per ea que determinata sunt de principijs.

¶ De dubitatiōe ⁊ errore in quē antiqui inciderūt ex ignorantia materie: ⁊ eius dissolutiōe. Cap. j.

Subiecta aūt natura scibilis ē ſm analogiā. sicut eniȝ ad statuā es: aut ad lectuluȝ lignū: aut alioruȝ aliquod habentiū formā in materia: ⁊ informe se hȝ priusq̄ȝ accipiat formā. sic ipsa se ad substātiaȝ habet: ⁊ hoc aliquid ⁊ qđ ē. Unuȝ quidē igitur principiū est non sic vnum existēs: neqȝ sic vnū sicut hoc aliqđ: vnū aūt ſm ꝙ est rō: amplius aūt ꝯriuȝ huic priuatio est.

¶ Natura aut̄ subiecta cognoscit̄ per cōparationē: sicut est cōparatio cupri ad idolum: aut ligni ad scānū: ꝛ sicut cōparat̄ ad aliud habentiū creationē mā eius ꝛ priuatio illius creatiōis anteq̄ creat̄: ita est cōparatio isti⁹ nature ad istā substantiā: aut cōgregatā ex vtroq̄ aut formā demōstratā: sꝫ dispō eius apud ens vniuersaliter. Ista igit̄ natura est vnū principiū: ꝛ nō est vna neq̄ vnum vt demonstratū: ꝛ est aliud principiū qd̄ est ratio: ꝛ contrarium isti ꝛ est priuatio.

69 Et ista natura que est subiecta substātie non pōt intelligi per se: quū nō sit aliquid in actu habēs quiditatē: sed intelligit̄ ꝓm cōparationē ꝓpter latentiā sue substātie. ꝛ ideo quū voluerimus dare substantiā eius dicim⁹ ipsam esse illud cuius ꝓportio ad substantiā esse est sicut ꝓportio cupri ad idolū: aut ligni ad scānū. D. d. ꝛ sicut cōparatur. i. ꝛ vl'r sicut cōparatur ad aliud habens creationē ꝛ formā materia eius ꝛ priuatio creationis eius ita ista natura cōparat̄ ad substantiā. i. ꝓm q̄ est subiecta substantie ꝛ recipiēs illā. Deinde di. aut ꝯgregatā ex vtroq̄. hic exposuit substantiā cui cōparat̄ ista natura. substantia enim dicit̄ de cōgregato ex hac mā ꝛ forma: ꝛ dicit̄ de forma etiā: ꝛ dicit q̄ ista natura dr̄ in respectu substātie: aut substantie aggregate ex vtroq̄. s. indiuidui demōstrati aut forme: ꝛ est illud p qd̄ substantia est demōstrata in actu. Deinde di. ista igit̄ nā est vnū principiū ꝛc. i. ꝛ ista nā que est prima mā est vnū principiū cōe oībus entibus trāsmutabilib⁹ que alterant̄ in inuicē: sꝫ nō est vna in se: ita q̄ sit substantia simplex existēs actu. neq̄ ita q̄ sit aliqd̄ cōpositū ex materia ꝛ forma. nam si haberet formā ꝓpriam nullā aliā reciperet ipsa permanēte: sed statim corrumperet̄ q̄ cito alia forma generaret̄: ꝛ etiā quicquid recipit aliquid nō recipit ipsum ꝓm q̄ est in actu: sed ꝓm q̄ est in potentia. si igitur prima materia innata est recipere oēs formas: necesse est vt sit in potētia oēs forme: ꝛ vt nō habeat in sua sbā formā ꝓpriā qua ē mā: ꝛ etiā si eēt aliqd̄ existēs in actu. i. hñs formā: tunc gñatio in sbā esset alteratio: ꝛ forme essent accñtia. Deide di. ꝛ est aliud principiū. i. ꝛ entia hñt aliud principiū a subiecto: ꝛ est forma: sꝫ primū ꝓncipiū in hoc genere nō potuit sciri in hac sciētia sicut primū subiectū. Deinde di. etiam contrarium isti. i. forme.

Mā nō pōt itelligi p se sꝫ ꝓꝫ ꝯpōnē Idē p ca. d sba or. ꝛ. 7. met. t. c. 35. 4. phys. 16. 2. physi. 26.

Quicqd recipit aliqd nō recipit illud ꝓm q̄ ē in actu. sed ꝓm q̄ ē i potētia. cōsile 3. d aia. c. 4 Idē. 2. d aia 67. ꝛ. 104. c. Idē prio cap. de sba or. idce. 67.

¶ Hec aut̄ quō duo ꝛ quō plura dictū est. Primū qdē igit̄ dictū est q̄ principia cōtraria sunt: posteri⁹ aut̄ q̄ necesse ē: ꝛ aliud quoddā subijci ꝛ eē tria. Ex his aut̄ nunc manifestū estque differētia cōtrarioꝝ: ꝛ quomō se habent ad inuicē principia: ꝛ quid subiectū. vtrum autē substātia sīt aut subm nōdū manifestū est: sꝫ q̄ ꝓncipia tria: ꝛ quō: ꝛ quis modus eoꝝ dictum est.

Primū ꝓncipiū in hoc gñe nō potuit sciri hac scia sicut pmū sbm. sꝫ vide oppositū ifra cōmē. 83. ꝛ. 8. physi. cō.

¶ Et iam diximus prius: quō ista sunt duo: τ quō plura. Diximus enim primo ꝙ ꝑncipia sunt cōtraria tm̄. Et diximus post ꝙ necesse est vt sit hic aliqđ aliđ ſbm: τ iam appuit ex dictis nūc dr̄ia inter ꝯ̄tria: τ quō se habēt principia adinuicē: τ qđ est subiectū: vtrū vero forma sit substātia: τ subiectū nōdū est declaratū. Sȝ declaratū est ꝙ ꝑncipia sunt tria: τ quomō sunt tria: τ declaratus est modus sup quē fundanť quis modus sit.

70 ¶ Et iam diximus prius. i. quū cōsideraťs p se. s. mā τ forma. D. d. τ quō plura. i. quū cōsideraťs ſm necessitatē gňationis tm̄: τ non distinguat illud qđ est per se / ab illo qđ est per accidēs. apparet enim ꝙ ſmᵉ hoc hec sunt tria: forma τ ſbm τ priuatio. D. d. diximus enim τc. i. τ innuit ſmonē in quo pbauit ꝙ ꝑncipia sunt cōtraria. τ ideo dixit. diximᵘˢ enim ꝙ ꝑncipia tm̄ sunt cōtraria. D. d. τ diximᵘˢ post: τ innuit sermonem. in quo declarauit post: ꝙ est necesse vt cum contrarijs sit aliqđ ſbm nō in ꝑdicamētis accidētium tm̄: sȝ in ꝑdicamēto substātie. D. d. τ apparuit ex dictis dr̄ia inter cōtraria. i. qm̄ forma a est principiū p se. τ priuatio est principium per accidens. Deinde di. τ quō se habentᵘˢ τc. i. qm̄ subiectū sustētat formā ſm ꝙ forma b nō pōt esse sine subiecto. forma autē sustētat ſbm ſm ꝙ ē cōplementū eius: τ ſm ꝙ subiectū nō pōt denudari a forma. D. d. τ qđ est subiectū. i. τ modus c essentie eius est ꝯ̄ nō est demōstratū in actu: sed est quasi mediū inter nō esse simplr̄: τ eē in actu. ¶ Et accidit substātie eius vt sit in potētia oēs forme: nō ꝙ potentia eiᵘˢ est in ſba ita ꝙ sit ps diffōnis. qm̄ d si potētia esset i ſba eiᵘˢ: tūc eē eius destrueret ablatione potētie τ pntia forme in actu. s. forme ad quā habebat potētiā vt reciperet: τ vl̄r si potētia esset in ſba eius: tūc ſba eius corrūperet apud gňonē: τ eēt in ꝑdicamēto ad aliqđ nō in ꝑdicamēto ſbe. ¶ Ex his igiť pȝ ꝙ illud ſbm est ſba nō potētia: neqȝ ꝑuatio: ps e enim ſbe est ſba: τ forte hoc intēdebat quū dixit: τ qđ est ſbm: τ iō dixit post: vtrū vero τc. ¶ Et forte innuit oīa q̄ diximus: τ est melius. ¶ Et intēdebat quū dixit. vtrū vō forma. i. vtrū vero forma est magis ſba q̄ ſbm: aut ſbm magis q̄ forma: nōdum declaratum est: sed in scđo declarabiť. ¶ Et forte intendit ꝙ ħ nō est declarādum in hac scīa τ est melius. D. d. sȝ est declaratum ꝙ ꝑncipia sunt tria τc. i. τ est declaratū q̄t sunt ꝑncipia. τ quō sūt. s. qm̄ duo eoꝝ sunt ſbe τ tertiū ꝑuatio. τ declaratᵘˢ est modus ſm quē vnūqđqȝ eoꝝ est necessariū in eē gňati: qm̄ sup hoc sunt fundata.

¶ Quot q̄dē igiť τ q̄ sunt ꝑncipia ex his ꝯ̄sidereť: ꝙ aūt singulr̄ sic soluiť τ antiquoꝝ defectᵘˢ: dicamᵘˢ post hec querētes enim ſm phiam primi veritatē τ nām rerū diuerterūt: vt in viā quādā aliā abscedētes ob infirmitatē: τ dicūt neqȝ fieri eoꝝ q̄ sunt nullū: neqȝ corrūpi pp id qđ necessariū est fieri qđ fit: aut ex eo qđ est: aut ex

a Forma ē ꝑncipiū p se. τ ꝑuatio ē ꝑncipiū p accidēs. idē. 8. 64. τ. 67.

b Nota quō mā ē cā forme τ forma māe. vid cōtrā. 2. phy. c. 30. 3. phy si. 65. τ. 2. de aīa. cō. 4.

c mōus eēntie māe ē ꝙ nō ē i actu: sȝ ē q̄si mediū iter nō eē simplr̄ τ eē in actu. Idē. 12. meta. 11. τ. 14. cō. Idē. 5. phys. c. 7. τ ibi.

d Pōa nō ē d ſba māe oppositū ꝑ ca. 3 ſba or.

e Pars ſbe ē ſba. idē. 2 d aīa. cō. 2.

eo qḋ nõ eſt. ex his aũt vtriſq; impoſſe eſt eſſe: neq; .n. qḋ eſt fieri cõtingit. eſt enĩ iaz: neq; ex eo qḋ nõ eſt nihil vtiq; fieri: ſubijci enim aliud op3.

¶ Ex his igit̃ cõſideraẽ ⁊ ſcit̃ quot ſunt principia ⁊ q̃ ſunt. Et declarãdu3 eſt poſt ꝙ hoc ſolũmodo diſſoluetur etiã qõ quã antiqui querebãt. Antiqſſimi enim in phia quũ fuerãt pſcrutati de veritate ⁊ natura entium reflexi ſunt ab ea: ⁊ quaſi expulſi ad aliã viã pp paucitatẽ exercitij: ⁊ dixerũt ꝙ nullũ entiũ recipit generationẽ ⁊ corruptionẽ: nã qcqd generat̃ neceſſe eſt vt generet̃: aut ex ente: aut ex nõ ente. ſ3 impoſſe eſt aliquid generari ex aliquo iſtoꝝ: ens enim nõ generatur: qm̃ iam eſt: ⁊ ex non ente nihil generatur: indiget̃ eni3 in generatione alio qḋ ſit ſubiectum.

¶ Quũ declarauit quot ſunt principia: ⁊ que eorũ ſunt per ſe: ⁊ q̃ per accidẽs: ⁊ que actu ⁊ que potẽtia. incepit declarare ꝙ ex iſtis rebus diſſoluet̃ queſtio quã querebãt antiqui naturaliu3: ita ꝙ coegit eos negare principia: ⁊ generationẽ ⁊ trãſmutationẽ ⁊ multitudinẽ. ¶ Et dixit. ex iſtis igitur ⁊c. i. ex iſtis igit̃ que dixim⁹. põt quis ſcire numerũ ⁊ naturã eoꝝ. D. d. ⁊ declarãdu3 eſt poſt. i. qꝛ ſermo demõſtratiuus inatus eſt ſoluere oẽs qõnes accidentes in re: ⁊ hoc ſignificat ẽt ꝙ ipſe inuenit hanc cãm. ſ. primã materiã ⁊ iſtum numerũ principioꝝ: ⁊ intẽdebat p antiqͦs Parmenidẽ ⁊ Meliſſu3 D. icepit dicere quõ accĩt antiqͦs iſta qõ: ⁊ q̃ opiniões acciderũt eis pp hoc: ⁊ dixit. antiqſſimi. n. ⁊c. i. ãtiqſſimi. n. quũ intẽdebãt pſcrutari de entib⁹: ⁊ accĩt eis iſta qõ: ⁊ nõ potuerũt ſoluere eã pp paucitatẽ exercitij in dialectica: reuerſi ſunt a via pſcrutationis nalis: ⁊ declinãtes ad res extrĩſecas dicẽtes nihil gñari ⁊ corrũpi: qm̃ generatio aut eſt ex ente aut ex nõ ente: ſ3 nõ eſt ex ente: neq3 ex non ente. g̃ gñatio nõ eſt. ¶ D. in deſtructiõe vtriuſq3 ɔdiuidẽtiũ vtũt̃ duob⁹ ſillis in ſcda figura. p primũ enĩ declarãt ꝙ ĩpoſſe ẽ vt gñatio ſit ex ente ſic: gñatũ eſt illud qḋ nõ eſt dũ gñat̃: ens aũt eſt illud qḋ eſt. g̃ ens nõ generat̃. ¶ In hoc aũt p qḋ declarãt ꝙ nõ ens non generat̃. vtunt̃ etiã duob⁹ ꝓpõnibus: quaꝝ vna eſt ꝙ qcquid gñat̃ ẽ aliqd dum generat̃: ⁊ nõ ens nõ eſt aliqd: ergo qcquid eſt nõ ens nõ generat̃: ⁊ hoc intẽdebat quũ dixit: ⁊ ex non ente ⁊c. i. illud qḋ dicit̃ gñari dum generat̃. generatũ enim cõpletũ dicit̃ generatũ: qꝛ ante generabat̃. ¶ Et iõ qui ponit aliqd gñari ex non ente dicit aliqd habere diſpõnẽ quã nũq̃ habebat neq3 ſimplr̃ neq3 in ſbto: qm̃ qñ nõ ens eſt generatũ: ⁊ eſt in actu: h3 hanc diſpõnẽ: ⁊ anteq̃ generaret̃ nõ habuit illam. qui igitur dicit ꝙ generatum eſt ex non ente: contingeret ei concedere alterũ duoꝝ: aut ꝙ eſt hic tranſmutatum ſiue tranſmutatione: aut ꝙ trãſmutatio eſt in priuatione: ⁊ to/

Sermo demõſtratiu⁹ inat⁹ eſt ſoluere oẽs qõnes accidẽtes in re. 71

Cõtra tres leges.

Ad p^m̃ [illegible] catholici [illegible] ex nichilo [illegible]

tum hoc est impossibile: sed moderni recipiunt tale impossibile propter hoc quod assueti sunt a pueritia audire ipsum: consuetudo enim est altera natura.

Cōsuetudo e altera nā

¶ Et sic ꝯsequēter ꝯtingens augmētantes nō eē multa dicunt: sed tm̄ qd̄ est: illi ergo taliũ accipiebāt opinionem pp ea que dicta sunt.

¶ Et quū viderunt quid sequit hanc positionē ꝛ copulat cū illa: dixerūt q res nō sunt plures: sꝫ solū ens: illi eniꝫ opinati sunt hāc opinionē ex hoc qd̄ diximꝰ.

72 ¶ Et quū ꝯsiderauerūt quid sequit ex hoc qd̄ dicunt q generatio ꝛ corruptio nō sunt: cōtingit apud eos vt oīa sint vnū: qm̄ cum nō fuerit illic generatio nec corruptio: nō erit mā neqꝫ forma: ꝛ quũ nō fuerit forma neqꝫ mā: qbus res trāsmutent: oīa erunt vnū simplex. iste igitur sermo coegit eos opinari cōtra illud qd̄ apparet.

Nota qualiter antiqui dixerūt oīa vnū esse.

¶ Et ideo dixit Parmenides: si ens generatur hꝫ principium: sed non generatur: ergo nō habet principiū: sed iste sermo est vanus: vt declaratum est.

¶ Nos aūt quidē dicimꝰ ex eo qd̄ est: aut ex eo qd̄ nō est fieri: aut qd̄ est: aut qd̄ nō est aliqd facere aut pati: aut qd̄libet hoc fieri: vno quidē mō nihil differunt: vt medicum aliquid facere aut pati: aut ex medico aliquid esse aut fieri.

¶ Nos autē vtemur in sermone alio modo a primo. dicere eniꝫ q generatio est ex ente: aut ex nō ente: aut q non ens aut ens agit aliquid aut patit: vt q hoc fit aliqd ex quolibet non hꝫ drīam. nō eniꝫ est drīa inter hoc qd̄ dicimus q medicus agit aliquid aut patit: aut dicamus q non medicus est aliquid: aut fit aliquid quodcunqꝫ simpliciter.

73 ¶ Quum induxit oōnem antiquoꝝ: incepit dissoluere eam. ¶ Et dixit. nos aūt ꝛc. i. ꝛ locus deceptiōis istoꝝ hominū est: qꝛ vtūtur eo qd̄ dī multiplr: vno mō: ꝛ sic mixtū est eis veꝝ cū falso: nos aūt debemus distinguere ꝓpōnes eoꝝ ꝛ demonstrare modū ſm quem verificant ꝛ ſm quē nō verificant. ¶ D. incepit declarare hoc: ꝛ dixit. ꝛ incepit ab hoc notificando q nō est drīa inter hoc q aliqs dicat: q generatio est ex ente ꝛ nō ente: ꝛ inter hoc qd̄ dicat q nō ens aut ens agant aliqd aut patiant. ¶ Et dixit hoc: qm̄ quū dicimus q generatio est ex ente aut nō ente: intēdimus q generatuꝫ fit ex passione nō entis: aut entis: aut actione eoꝝ: ꝛ hoc manifestum est. ¶ D. induxit exemplū qd̄ declarat hoc in generatione. ꝛ dixit. nō eniꝫ est drīa. i. ꝛ quēadmodū nō est drīa inter hoc q aliquis dicat: q medicꝰ agit aliqd aut patit. ꝛ qui dicit q a medico inuenit

inuenitur aut generatur aliquid: ſimiliter nõ eſt dĩa inter hoc ꝙ aliqs dicat: ꝙ ex nõ ente generatur aliquid: aut ens fit aliquid: aut dicat ꝙ ex nõ ente generatur aliqd: aut nõ ens fit aliqd. ¶ Et quũ decla rauit dĩam inter iſta / incepit declarare ſm quot modos dicitur ali/ qd agere hoc: aut pati aut generari ex hoc.

¶ Quare qm̃ hoc dupliciter dicitur manifeſtũ: qm̃ ex eo qđ eſt: aut ex eo qđ non eſt: aut facere / aut pati. Edificat qdem igitur medicus nõ ſm ꝙ medicus: ſed ſm ꝙ edi ficator: et albus fit nõ inquãtum medicus: ſed inquãtum niger: medicatur aũt et nõ medicus fit inquãtum eſt me/ dicus. Quoniã maxime ꝓprie dicim⁹ medicum aliqd facere aut pati: aut fieri ex medico: ſi ſm ꝙ medicus hoc patiatur aut faciat: manifeſtum ꝙ ex eo qđ nõ eſt ali/ quid fieri: et hoc ſignificat inquãtum nõ eſt: qđ illi qdem non ꝑcipiẽtes deliquerũt: et ꝓp hanc ignorãtiam intãtũ ignorauerunt ꝙ nihil opinati ſunt fieri: neqꝫ eẽ alior: ſed auferebant omnẽ generationem.

Medicus edificat nõ inq̃tum me dic⁹: ſʒ inq̃tum edifi/ cator.

¶ Et quũ hoc dicitur dupliciter: aut multipliciter: manifeſtũ eſt ꝙ ita eſt in hoc ꝙ diximꝰ ex ente: aut ens agit aut pa/ titur. Medicus igitur edificat nõ ſm ꝙ eſt medicꝰ: ſʒ ſm ꝙ eſt edificator: et medicus fit albus nõ ſm ꝙ me dicus: ſed ſm ꝙ niger: medicinare autẽ et nõ medici/ nare eſt ſm ꝙ eſt medicus: et qꝛ nõ dicimus proprie et principaliter medicũ agere aut pati: aut aliqd generari a medico: niſi qñ illud quod agit aut recipit / fuerit ſʒ ꝙ eſt medicus. manifeſtũ eſt ꝙ quũ dicimꝰ ꝙ genera/ tio eſt ex nõ ente: intẽdimus hoc etiã. ſ. ſm ꝙ eſt non ens: et qꝛ illi nõ diſtinxerunt hoc / errauerũt: et qꝛ igno/ rauerunt hoc / peccauerunt: adeo ꝙ exiſtimauerunt ꝙ nihil generatur: et ꝙ nihil fit omnino: ſed negauerunt generationem omnino.

¶ Et quũ hoc dicitur ⁊c̃. i. dicere ꝙ a medico fit aliquid: aut ꝙ me/ dicus agit: aut patitur aliqd: qm̃ quũ dicere ꝙ ex medico fit aliquid 74
aut medicus agit aliqd: aut patitur. fuerit ſicut dicere ꝙ ex nõ ente fit aliquid: aut ꝙ non ens patitur. et ſicut ẽt dicere ꝙ ex non ente generatur aliquid. aut ꝙ nõ ens patitur. manifeſtũ eſt ꝙ ſm numerum modor ſʒ quos dicitur ꝙ medicus agit aut patitur: aut fit ex eo aliqd dicitur ꝙ nõ ens agit hoc aut patitur: aut fit ex eo hoc. ¶ D. incepit nu merare modos ſm quos dr̃ ꝙ medicus agit hoc aut patitur: et no

tificare ꝙ sunt duo modi: vnus per se: ꝛ alius per accidēs: ꝛ dixit. medicus igitur edificat ꝛc̄.i.ꝛ eidem attribuunt plures actōes aut passiones: quedaȝ per se: quedaȝ per accidēs. V. gratia. qm̄ medico attribuit actio edificādi: ꝛ dr̄ ꝙ medic⁹ edificat: aut ꝙ ex medico fit edificatio: ꝛ hoc est p accn̄s: nō.n. edificat ſm ꝙ est medic⁹: sed ſm ꝙ accidit ei ꝙ fuerit edificator. ꝛ silr attribuit ei pati ab albedine: sed nō ſm ꝙ est medic⁹: sed ſm ꝙ accidit medico ꝙ fuerit niger. ¶ D.d. mediciare aūt ꝛc̄.i. medicinare aūt: ꝛ nō medicinare est ei p se: ꝛ ſm ꝙ est medicus. dicere igit medicum curare aut a medico fieri curationē est aliō a dicere medicū edificare: aut albefieri: aut a medico fieri edificationeȝ/aut albedinem. ¶ Deinde. d. manifestuȝ est ꝛc̄.i.ꝛ quum passio ꝛ actio nō attribuitur rei per se: nisi ſm ꝙ est cui attribuitur non ſm ꝙ accidit ei aliud: ꝛ intentio est predicatio que est per se: manifestum est ꝙ dicere ꝙ nō ens: fit ens: ꝛ ꝙ ex non ente fit ens: intelligēduȝ est ꝙ nō ens ſm ꝙ est nō ens fit ens: qđ est impoſſe. ꝙ aūt nō ens fit ens nō ſm ꝙ est nō ens: sed ſm ꝙ est aliqđ ens: non est impoſſe. illi igit antiq nō distinxerūt inter illud qđ est p se: ꝛ illud qđ est p accn̄s. illud.n. qđ est p accn̄s est possibile vno mō: ꝛ illud qđ est p se: est impoſſe. iō existimauerunt ꝙ illud qđ est p accn̄s est impoſſe: ꝛ sic destruxerūt gnātiones oīno. vn̄ dixerūt ꝙ totū ens sensibile est vnū. ¶ Et declaratū est ꝙ ꝑuatio est principiū gnātionis p accn̄s: ꝛ ꝙ est necessariū in gnātione s. ſm ꝙ accidit subiecto ex quo est gnātio: ergo necesse est vt gnātio fit ex nō ente p accidēs: ꝛ est impossibile per se.

Priuatio ē ꝑncipiū generatōis p accn̄s ꝛ est neciuȝ ī generatiōe. iō. s. cō. 64. 65 66. ꝛ. 67.

¶ Nos aūt ꝛ ipsi dicimus fieri quidē nihil simpliciter ex eo qđ non est: sed tn̄ fieri ex eo qđ non est vt ſm accidens, ex priuatione eniȝ qđ est quidē p se non ens: non ex eo qđ est fit. mirabile autē vr̄ ꝛ impossibile sic fieri aliquid ex eo qđ non est.

¶ Et nos ēt dicim⁹ ꝙ nihil fit oīno ex nō ente simplr: sed dicim⁹ ꝙ aliqd gnātur ex non ente. V.g. p accn̄s: gnātur.n. aliquod ex priuatiōe: ꝛ est aliqđ nō ens p se absq; eo qđ fit in eo: ꝛ hoc tenet pro improbabili: ꝛ existimat eē impossibile aliquid gnāri ex nō ente.

75 ¶ Et nos cōuenimus cuȝ his in hoc ꝙ nihil omnino fit ex simplici priuatiōe: qm̄ si ita esset: tunc ens inueniret per se ex priuatione: ꝛ sic priuatio posset alterari: sed dicim⁹ aliquid generari ex nō ente per accidens. i. ex subiecto cui accidit ꝙ in eo fuerit priuatio rei ex qua generat: ꝛ si hoc nō esset. s. si priuatio forme nō ꝓcederet in subiecto nō generaret ex eo. D.d. generat eniȝ aliquid ex priuatōe ꝛc̄. i. necesse est eniȝ aliqd esse ex priuatione: quū impossibile est vt generatū inueniat p se absq; eo ꝙ ꝑuatio eius sit in subiecto ex quo generat per se. D.d. ꝛ est nō ens per se. i. ꝛ priuatio est nō ens per se ꝛ mā est non ens per accidēs. D.d. absq; eo ꝙ sit ens. i. pars gnāti. ¶ Et quū declarauit ꝙ priuatio necessaria est in generatiōe dixit.

Priuatio ē n̄ ens p se: mā aūt ē n̄ ēs p accn̄s idē. J. c. 79.

⁊ hoc tenetur pro improbabili.i.generationẽ fieri ex priuatione. ⁊ hoc nõ est possibile fieri:sed necessariuȝ tñ per accidens. Deinde incepit ẽt declarare ꝙ similiter accidit in hoc ꝙ gñãtio attribuit̃ enti.s.qm̃ est necessariũ per accidens:⁊ impossibile per se.

¶ Siłr aũt ex eo qd ẽ:neqȝ qd est fieri nisi ꝑm accñs: sic aũt ⁊ hoc fieri eodẽ mõ:vt si ex aiali aial vtiqȝ fiat:⁊ ex quodã aiali quoddã aial:vt si canis ex equo fiat:fiet quidẽ.n.vtiqȝ nõ soluȝ ex quodam aiali canis: sȝ ẽt ex aiali:sȝ nõ inqȝtuȝ est aial:est.n.iam hoc.Si aũt aliqd dȝ fieri aial non ꝑm accidẽs nõ ex animali erit.

¶ Et ꝑm hunc moduȝ non generat̃ etiaȝ ens ex ente nisi per accidẽs: hoc eniȝ etiã erit ꝑm illum eundem moduȝ.V.gratia.quoniã gñãtur animal ex animali:⁊ ex aliquo aiali animal.si igitur canis gñatur ex equo: tunc gñãtio canis est ab aliquo aiali:⁊ ab aiali simpl'r sed gñãtio eius ex eo nõ est ꝑm ꝙ est aial quũ hȝ rõnẽ aialis.Qd igitur inatum est fieri aial nõ per accidẽs: necesse est vt gñãtio eius sit ex non animali.

¶ Hoc est eniȝ ẽt sit illo eodeȝ mõ.i.quo gñãtuȝ sit ex nõ ente.s.per accñs.impo'e.n.est vt gñãtuȝ sit ens aut nõ ens anteꝙ̃ gñãtur nisi per accidens.¶ Deinde.d.V.grã.⁊c.i.V.grã.si aliqs dicat ꝙ nõ videmus aial gñãri ex aiali sibi simili:⁊ aliqd aial ex aiali diuerso in spẽ.V.grã.canẽ ex equo:⁊ ꝙ pp hoc possibile est vt aial generet̃ ex animali adhuc aũt dicemus ꝙ si canis generet̃ ex equo per se cõtinget vt aial generet̃ ex aiali simpl'r:sed generatio aialis ex aiali:⁊ entis ex ente non põt esse simpl'r.generabile eniȝ transmutat̃ ad illud qd nõ hȝ ⁊ animalitas est ĩ generato.si igitur aial gñãret̃ ꝑm ꝙ est animal:⁊ aial ex animali ꝑm ꝙ est aial:cõtingeret aliqd trãsmutari in spẽm eius qd hȝ in actu:qd est impossibile.⁊ ideo necesse est vt oẽ qd ĩnatuȝ est fieri aial per se transferat̃ ex nõ animali.ergo si generatio esset possibilis animalis simpliciter:tunc eẽt in esse vt ex nõ animali simpliciter generaret̃: sed qꝛ generatio est animalis demõstrati: cõtinget vt sit ex nõ aiali demonstrato per accñs:⁊ ex animali demõstrato per accidens.¶ Et cã eius qd est per accñs hec est:qm̃ prima mã non põt denudari a forma:quẽadmoduȝ cã eius qd est per accidẽs in gñãtionẽ a priuatione est ꝙ illud quod generandum est dȝ esse priuatum.

Impo'e est aliqd transmutari ad spẽm ei⁹ qd hȝ in actu. cõsi'r.2.de aia.cõ.67. Et.3.d aia. cõ.4.

¶ Et si aliquid fit qd est: non ex eo qd est: neqȝ ex eo quod nõ est:quod.n.est ex eo quod nõ ẽ:dictum ẽ nobis quid significet:qm̃ inquãtuȝ nõ est:amplius autẽ esse oẽ aut non eẽ non remouetur.

¶ Si igr̃ aliqd fuerit ens nõ ẽ ex nõ ente:neqȝ ex ente

Iā.n.diximus qd intēdimus quū dicim⁹ ex nō ente: & nō auferemus per hoc totū ens: neq₃ totū non ens.

77 ¶ Si igit aliquid generat: nō generat ex ente simplr neq₃ ex non ente simplr: vt existimauerūt antiqui: iā.n. declarauimus qd intēdimus quū dicimus aliqd gñari ex nō ente & ex ente: & q₃ quodā mō generat ex nō ente: & alio modo ex ente. ¶ Et quū dicim⁹ aliqd generari ex nō ente: nō intēdimus negationē totius entis: quū dicimus aliqd gñari ex ente: nō intēdimus affirmationē toti⁹ entis: & hoc intēdebat quū dixit: & nō negamus p hoc.i. q₃ quū dicimus aliquid gñari ex nō ente: nō intēdimus negationē oium modo₄ essendi: qm hoc impossibile est: neq₃ quū dicimus aliqd generari ex ente affirmamus omnes modos essendi.

¶ Unus quidem igit modus hic est: alius aūt quando cōtingit eadē dicere fm potentiā & actū: hoc autē determinatū est in alijs per certitudinē magis. Quare qd vere diximus defectus soluunt: ppter quos coacti remouēt predicto₄ quedā: ppter hoc em intantū desttiterūt priores a via in generationē & corruptionē: & oino mutationē: hec em vtiq₃ visa natura oēm soluit hanc ipsorum ignorantiam.

¶ Iste igit est vnus modus eo₄ qb⁹ vtimur: & ē ali⁹: qm pot̄e est dicere ista eē in potētia: & pot̄e est dicere in actu: & iā determinauimus hoc pfecti⁹ in alio loco. Iam igit habemus illud qd pmisimus de dissolutiōe qōnū: quib⁹ antiq coacti sunt ad negandū qdā dicta: qm hac cā declinauerūt antiqui hac declinatione a via ducēte ad gñationē & corruptionē: & vlr trāsmutationē. Si enim cōsiderassent hāc ipsā naturā: tūc recessisset omne qd ignorauerūt in hac intētione.

78 ¶ Idest: iste igit est vnus modorū quib⁹ dissoluit ista qō. ¶ Deinde induxit scdm modū: & dixit. & est ali⁹ &c.i. & ista qō predicta dissoluit: qm dicere ens esse aliquid: aut ex eo fieri aliqd dr duob⁹ modis: quo₄ vnus est de ente in actu: & ali⁹ de ente in potētia. ens igit generari ex ente in actu est falsum & īpossibile. sequit enim ex eo vt generatū sit anteq₃ generet. ens aūt generari ex ente in potētia est necessariū. ens em in potētia nō est puatio pura: ex q sequit vt ens sit ex nō ente: neq₃ actio pura: ex quo sequit vt generatū sit anteq₃ generet & h sunt extrema cōtradictorie ex quibus sequit questio. ¶ Antiqui enim ignorauerūt q₃ inter nō eē purū & eē purū est medium aut aliqua natura. Deinde dixit. iam igit habemus illud qd pmisimus &c.i. questio igit que coegit plures naturales nō cōcede

Inter non eē purū & eē purū ē aliq nā media.
Idē.12.me teta..c.1

re quedá illoꝝ que sequunt generationé iam dissoluta est: oés esse cócedút sbm ꝛ nó cócedút nó esse: qꝛ apud eos ens non generat ex nó ente: ꝛ etiá expulsi sunt a nã gñationis ꝑpter hoc adeo ꝙ posuerút generationé eé ꝯgregatióez aut segregationé aut exitú a mixto. B. d. ꝛ hac causa ꝛc. i. antiqui vero ꝑpter hác góné negauerunt generationé oíno. posteriores vo nãles ꝑpter hác etiá negauerút quedá sequétia generationé: sꝫ etiá negauerút verá generationé: ꝛ sic quod. modo cócedent illá. B. d. ꝛ si inspicerét hác naturá ꝛc. dicit: ꝛ si nãles cóprehendissent essentiá isti⁹ nature. i. materie: tűc auferret omne qd ignorauerút in generatióe. ¶ Et hoc significat ipm inuenire hác causam ꝛ scire eam principaliter. Arist. inuenit ꝛ sciuit principalr nãm mãe prime.

¶ De dubitatione ꝛ errore in quem antiqui inciderunt ex ignorátia ꝑuatióis: ꝛ eius dissolutione siue exclusione. Cap. ij.

Angétes qdé igit ꝛ alteri quidá sunt ipsaꝫ: sꝫ nó sufficiéter. Primű quidá em̃ ꝯfitent simplr fieri aliquid ex eo qd nó est: inquátű Parmenidé recte est dicere. Postea vt ipsis si vere est numero vna: potétia tm̃ vna esse: differűt aűt ꝫ pr̃m. Nos quidé. n. mãm ꝛ priuationé alterá dicimus: sed hoꝝ hanc quidé non esse ꝫm accidens materiam. priuationeꝫ aűt per se non esse: ꝛ hác quidem prope substantiam aliqualiter materiam: priuationem autem nequaqꝫ.

¶ Et inuenimus alios qui aliquátulű inspexerűt eaꝫ: sꝫ nó quantű sufficit. Primo vero: qꝛ dűt simplr aliqd gñari ex non ente: qꝛ sermo Parmenidis apud eos é verus. D. qꝛ dűt ꝙ quű fit vna nűero: est étin potétia ꝛ ratione vna. Et in hoc est dria magna. nos aűt dicim⁹ ꝙ mã ꝛ priuatio differűt: ꝛ ꝙ altera. s. mã non est p accidens: ꝑuatio aűt nó est p se: ꝛ ꝙ mã est aliqd ꝓpinquű ꝛ substátia quodá modo: ꝑuatio aűt nó oíno.

Idest. ꝛ videmus quosdá alios accedere cóprehésioni nature isti⁹ mãe: sꝫ nó ꝙ ꝑtingát sufficiéter: ꝛ inuit Platonez 79 [1 error platonis]
¶ B. icepit notificare in q deficiűt: ꝛ dixit. ꝑ vo ꝛc. i. deficiűt. n. i cognitióe nãe ei⁹ in hoc: qꝛ nó distinguűt iter illá ꝛ ꝑuationé. ꝑ em̃ cócedűt ipsaꝫ nó eé: qꝛ ꝯcedűt argumétationé ꝑmenidis. s. ꝙ qcqd est ꝑter ens/est nó ens: ꝛ ꝙ ens est vnű. ¶ B. d. qꝛ dicűt ꝛc. i. scdo do: qꝛ dicűt ipsaꝫ eé vnű nűero: ꝛ ꝙ pp hoc est vna diffőne ꝛ rőne: ꝛ [2 error]
ex hoc sequit: vt sit aliqd entiű. s. ꝙ si é vna ꝫ sbm est vna ꝫ rőne. ꝫm igit ꝑmű sermoné ꝯcesserűt ꝑuationé esse in sba ei⁹: ꝛ ꝫm hunc [3 error]

sermonē scđm negauerūt priuationē eē in sbā ei⁹:ꝛ hoc demonstrat ꝙ isti nō distinxerūt nām ei⁹a nā priuatiōis. ¶ Et quū notificauit ꝙ Plato solus fuit ꝓpinquus videre verū in hac nā:sꝫ tñ nō distinxit eā bñ:incepit dicere dñias veras inter nām ꝛ ꝑuationē. ꝛ dixit. nos aūt dicim⁹ ꝛc. ꝛ intēdit p ꝓpinquū.i.ꝓpinquū ei qđ est ī actu. ꝛ dixit. ꝛ quodāmō sbā: q2 nō est sbā in actu:ꝛ opposite istis diūs sunt dñie ꝑuatiōis. D.d. ꝑuatio aūt nō oīo.i.ꝑuatio aūt nō est:neqꝫ ꝓpinque neqꝫ remote:neqꝫ est accñs:nedū vt sit sbā. ꝛ dixit ꝙ mā nō est p accñs:ꝛ ꝙ ꝑuatio nō ē p se:diuidēdo ꝑuationē ab eo qđ est ī potētia. ens em̄ ī potētia est aliqd cui accidit ꝑuatio nō ī sua sbā. priuatio aūt ꝭm ꝙ est ꝑuatio:est nō ens per se. ¶ Et ex hoc appet ꝙ oē hūs māꝫ est gñabile ꝛ corruptibile:nā ī nā māe ēst ꝑuatio foīe:ꝛ si in sua nā eēt foiata:nō recipet foias nisi ens gñaret ex ente; quēadmodū si in sua natura eēt priuatio simplr:tūc oīno nihil generaretur ex ea. est igit q̄si cōposita ex esse ꝛ non esse. ¶ Et hoc declarabitur in de sbā orbis ꝙ corpa celestia nō hñt materiā oīno: qm̄ tūc essent gñabilia ꝛ corruptibilia ꝓpter mixtionē priuationis cū nā eoꝝ. nihil aliud a em̄ est cā gñationis ꝛ corruptionis q̄ ꝑma mā ꝓpter non esse qđ mixtū est in substātia eius.

Ens in potētia est aliqd cui accidit ꝑuatio nō ī sbā. priuatio āt ꝭꝫ ꝙ ꝑuatio/ē nō ens p se. Jdē.ŏ.c.75

¶ Quidā aūt ꝙ non est magnū ꝛ paruū silr:aut simul vtrunqꝫ:aut seorsuꝫ vtrūqꝫ: quare penit⁹ alter modus est hic trinitatis ꝛ ille:vsqꝫ quidē em̄ ad hoc ꝑuenerūt ꝙ opꝫ quādā supponi naturā:hāc tñ vnā faciūt; etem si aliquis dualitatem facit dicēs magnū ꝛ paruū ipaꝫ: nihil minus idē facit:alterā.n.despexit. Subta quidē mā b cū foīa cā est eoꝝ:q̄ fiūt sicut mater:ꝛ altera vo ps ꝯrietatis multotiēs imaginabit ad maleficiū: ipsi⁹ ꝓtendēti intellꝫ:neqꝫ esse penitus ꝛ eē extra omne. ¶ Jlli aūt ponūt nō ens magnū ꝛ paruū eodē mō:siue p ambo demonstrēt illō:siue p vtrūqꝫ p se: ꝛ sic erit ista snīa trinitatis alia ab illa:vsqꝫ aūt ad hūc locū bñ dixerūt:qm̄ necesse est vt sit hic aliqua nā sbta:sed posuerunt istā nām vnā:q2 igit si aliqs dixerit in ea dualitatē dicēdo ipsaꝫ eē magnū ꝛ paruuꝫ nihil dicet diuersum a dicto: negat enim aliaꝫ naturā:qm̄ illa nā ꝑmanet ꝛ est amplexa cuꝫ creatione q̄ creant gñabilia vt mater:ista aūt alia natura que est altera partiū ꝯrietatis multotiēs facit existimare cōsiderantē p suā mentē malitiā actionis eius:ipsam non esse oīno.

a Nihil aliđ est cā gñationis ꝛ corruptiōis q̄ ꝑia mā ꝓpter nō eē qđ mixtū est in sbā ei⁹. Jdē p̄ ꝛ 3.ca. de sbā orb. ꝛ p ce. cō. 20.

b Sbta mā cū foīa cā ē eoꝝ q̄ fiūt sicut mr̄.

Priuatio semp imaginat ad maleficium.

80 ¶ Jducit ēt aliū indistinctionis priuationis a mā. ꝛ dicit. illi aūt ponūt non ens magnū ꝛ paruū ꝛc.i. Plato aūt nō distinguit inter

priuationē ⁊ materiā: quū per nō ens demonſtret qđ demonſtrat per magnū ⁊ paruū: ⁊ indifferēter ſiue demonſtret illđ p ambo infimul: aut per vtrūqꝫ per ſe. B. d. ⁊ ſic erit iſta ſnīa ⁊c. i. ⁊ ſic iſte modus trinitatis in pncipijs ſi cōcedat ipſuꝫ eſſe trinū: quuꝫ magnū ⁊ paruū reducant in mām: erit alius a mō trinitatis quē diximus. ſ. ꝙ trinitas eoꝝ de pncipijs q̄ eſt vnū ⁊ magnū ⁊ paruū erit alia a nr̄a trinitate: que eſt puatio ⁊ mā ⁊ foia. ⁊ accidit ei iſte modus erroris: qꝛ dimiſit ꝯſiderare de puatōe. ¶ B. d. vſqꝫ aūt ad hūc locū ⁊c. i. i hoc aūt ꝙ peruenit ꝯſideratio eoꝝ in iſtis reb⁹. ſ. in hoc qđ ꝙ nece vt ſit h aliq̄ nā ſubiecta gn̄abiliū bene dixerūt. in illis aūt que ſunt pter hoc nihil recte dixerūt. B. d. qꝛ igit ſi aliqs ⁊c. i. iſti eniꝫ peccāt poſt iſtū locū: qꝛ nō numerauerūt puationē ſm pncipiū: cū mā neqꝫ per ſe neqꝫ per accidēs: neqꝫ poſuerūt dualitatē in pncipijs ex quib⁹ eſt gn̄atio. ſ. in nālibus. ſi igit aliqs dixerit eos dicere dualitatē: quū dicūt ꝙ mā eſt magnū ⁊ paruū: nihil dicit diuerſuꝫ ab eo ꝙ dixerāt pmo. magnū. n. ⁊ paruū reducunt in vnū. vt dcm̄ eſt in predicta q̄ōne: non in duas naturas diuerſas. ⁊ ēt p hoc ꝙ ponūt dualitatē ī magno ⁊ paruo. ⁊ ſi ꝯceſſerimus illa ſignificare dualitatē inquātū diligit inducere vnā formā poſt aliā negāt aliā naturā. ſ. puationē eē de numero pncipioꝝ: ⁊ hr̄e introitū in gn̄ationē: neqꝫ p ſe neqꝫ per accidēs. ¶ B. incepit dare cauſaꝫ q̄re latuit Platonē puationē hr̄e pncipiū in gn̄atione: ⁊ nō latuit ipm h in mā: ⁊ dixit. illa mā em̄ permanet ⁊c. i. ⁊ fuit manifeſta eis diſpō iſtius nāe. ſ. māe: ⁊ latuit eos ſcđa nā. ſ. puatio mixta cū nā. ꝓpter quā mā ē parata ad recipiendū formas: qm̄ iſta nā. ſ. mā permanet in gn̄ato: ⁊ foia non pōt eē ſine ea: ⁊ iſta ſe hꝫ ad gn̄ata ſicut mr̄ ad filios: ⁊ pp iſta non latuit eos hāc nām eſſe neciaꝫ in gn̄atione: alia aūt nā. ſ. priuatio ꝓpter malitiā ſue actiōis in generabilibus latuit eos: nam quum accidit generabilib⁹ priuat illa: ⁊ multotiēs qui inſpexerit illā hoc modo: credet ipſam magis deſtruere generationē q̄ eſſe neceſſariā in gn̄atione. ¶ Et hoc intēdebat quū dixit. multotiēs ⁊c. i. qm̄ nō facit generari: ſed deſtruit generationem.

Plato nō diſtixit iter puationē ⁊ mām.

¶ Exiſtēte enim quodā diuino ⁊ optimo ⁊ appetibili: aliud quidē ꝯtrium eſſe ipſi dicimus. aliud aūt aptū natū eſt appetere ⁊ deſiderare ipſum ſm ipſius nām: qbuſdā aūt accidit ꝯtriū appetere ſuiipſius corruptionē: ⁊ neqꝫ ipſaꝫ ſuiipſius poſſe eſt appetere ſpēꝫ ꝓpter nō eē indigēs: neqꝫ ꝯtriū. corruptiua em̄ ſiūt adinuicē ꝯtria: ſꝫ hoc eſt mā: ſicut in femina maſculū: ⁊ turpe bonū: niſi qđ nō per ſe eſt turpe/ ſꝫ ſm accidēs.

Contraria ſūt adiuicē corruptiua. Appetēs pp idigētiā eſt

Mā appetit formā: ſicut turpe bonū ⁊ femina marem.

¶ Qm̄ qꝛ eſt hic aliqd diuinū qđ eſt bonū ⁊ appetibile dicimus: ꝙ h eſt ꝯtriū eius: ⁊ eſt illud qđ eſt innatuꝫ ſ. nāliter appetere ⁊ aſſimulari ipſum illi: aut cōtingit eis vt contrarium appetat corruptionem ſuiipſius:

⁊ impossibile est vt forma appetat se: quoniam non ē diminuta: neq; appetit suum contrarium: q: cõtraria corrumpunt seinuicem: sed mã appetit formam: sicut femina marem: ⁊ turpe pulchrum: non q: in se est turpis: sȝ ꝑ accñs: neq; q: est femina: sed per accidens.

St ¶ Quũ declarauit quõ apparet ↄsiderãti ꝓmo aspectu ꝙ priuatio non hȝ dignitatem in generatione cum mã incepit declarare ipsaȝ habere introitum in gñatõem ⁊ quõ: ⁊ ꝙ mixtio eius cũ mã est cã in hoc ꝙ desiderium nãle est in mã ad formam. ⁊ h est cã in hoc ꝙ res mãles sunt generabiles ⁊ corruptibiles. ¶ Et dixit: qm̃ quia ē h aliquod diuinum ⁊c. i. ⁊ q: ꝓuatio accidit mãe de necessitate: ⁊ ē h pfectio diuina maxima: cui oĩa entia appetunt assimilari: ⁊ ex q̃ appetunt acqrere ꝼm ꝙ nã eoꝝ põt recipere: dicimus nos ꝙ materia ꝼm ꝙ accidit ei priuatio est inata appetere se assimilari primo ꝓncipio ꝼm ꝙ potest: ⁊ hoc est appetere receptionem forme. ¶ Et intelligit' hic per appetitum illud qδ mã hȝ de motu ad recipiendum formam. appetitus enim alius est naturalis sine sensu: vt in plãtis ad nutrimentum: ⁊ alius est cum sensu: vt appetitus aĩaliuȝ ad nutrimentum. in mã igiꝭ est appetitus nãlis ad recipiendum oẽs formas. recipit igiꝭ eas alternatim: qñ forma agens est pñs. ¶ D. d. ille aũt ⁊c. i. q aũt non ↄcedit ꝓuatõem ↄiungi cum mã: non ꝑt dicere quare iste appetitus nãlis est in entibus ad recipiẽdum formã post formam: qm̃ quum non ↄcedunt ꝓuatõem esse mixtam cũ mã: quapp non est in actu: ↄtinget eis dicere ꝙ istud desiderium nãle est in entibus nãlibus ꝼm ꝙ sunt cõpleta exñtia in actu: ex quo cõtinget eis aliqd appetere suum ↄtrarium corrumpens ipm: ⁊ sic aliqd appetet se corrumpi. ¶ Et hoc qδ dixit manifestum est: qm̃ si nõ esset h aliqd non habens formam: non esset h aliqδ appetẽs formã post formam: ⁊ si esset: tunc nã ageret ociose: q: poneret in entibus potentiam ad corruptõem eoꝝ ꝼm ꝙ sunt in actu: ⁊ totum hoc ē impossibile. oẽ enim ens vt dem̃ est diligit se ꝑmanere: sed mã diligit se inducere formam ꝑꝑ aliã ꝑꝑ diminutõeȝ ↄtingentẽ sibi. ¶ D. d. sed mã appetit formã sic femina marẽ: ⁊ lȝ exẽpla ñ vsitẽtur ĩ doctria demonstratiua: tñ vsitãtur in rebus non sensibilibus que non intelliguntur nisi per comparationem. ¶ Deinde. d. non q: est in se: sed ꝑ accñs: q: turpitudo accidit ei ex ꝓuatõe mixta cum ipsa mã: ⁊ ĩ se nõ est ꝓuatio: est igr̃ turpis per accñs: ⁊ silr̃ est femina ꝑ accñs: femina est hõ impfectus: femineitas eniȝ accidit ei ex priuatione.

¶ Corrumpiꝭ aũt ⁊ fit: est quidem vt sic: est aũt vt nõ: ꝼm quidem. n. ꝙ est in quo ꝼȝ se corrũpiꝭ: qδ eni corrumpitur in hoc est priuatio inq̃ȝtum aũt ꝼm potẽtiaȝ non per se: sed incorruptibilem ⁊ ingenitam necesse ē esse ipsam: si enim fiat: subijci aliquid opȝ primum ex quo fiat: hoc aũt est hec nã: quare erit ante fieri.

Perfectiõi diuine oĩa appetũt assimilari ꝼȝ ꝙ pñt. Jõ 2. δ aĩa. t. c. 34. Et. 2. celi. t. cõ. 64.

Appetitus Naturalis ⁊ aĩalis.

Oẽ ens diligit se ꝑmanere.

Exẽpla nõ vsitãtur in doctria demoustratiua: tñ in reb' ñ sensibilib' q̃ ñ itelligũt nisi ꝑ cõpõnẽ ad alteꝝ vsitari pñt. vide ↄsimile. 4. phy. c. 84. Et. 3. de aia c. 6. ⁊. 14. Et. 2. δ aia 149.

Dico autez materiam pmum subiectum vnicuiqз: ex quo fit aliquid quum insit non sm accñs: ⁊ si corrūpit i hoc abibit vltimū: quare corrupta erit anteqз corrūpat. ¶ Et corrūpit ⁊ generat quodā mō: ⁊ alio mō nō. Sm enim illud qd est in ea corrūpit per se corrūpit. Illud enim qd corrūpit per se in ea est priuatio: sm aūt potentiam non corrumpit p se: imo necesse est vt sit non corruptibilis: neqз generabilis: quoniā si fuerit gene rata indiget subiecto ex quo generet: ⁊ istud ē ipa mā: ergo erat anteqз generaret. Dico enіз materiā primū subiectum illud ex quo generat res: ⁊ est in ea non p accidēs: ⁊ si fuerit corrupta ad hoc veniet in postreō. ergo erat corrupta anteqз corrumperetur.

Mā ē pmū sbз vnicuiqз: ex quo fit aliqd cū insit nō sm accñs. Id 2. phy. t. c. 28. ⁊. 5. me. t. c. 2.

Amplr.s.vle est indiuisibile &c. q: numerus e coaceruus vnitatu: numerus erit compositus ex indiuisibilibus:z diuidit in indiuisibi le:ergo numerus diuidit in indiuisibile: z oe qd diuidit in indiui/ sibile diuisio finit in eo: ergo diuisio finit z cessat in numero. D.d. duo.n.z tria sunt res indiuisibiles:z non sunt qtitas ptinua:z silr alij numeri:z ca in hoc q vnum est indiuisibile/est: q: ois res e vna per sua formam:z forma est indiuisibilis per se. C D.d. pcessus aute eius zc. i. idest pcessus aut numeri ad multitudinez numerox semp est possibilis:disp.o.n.in additioe numerox est sicut disp.o in dimi nutione mensure. Que admodum.n.ca in diuisione mensure in in/ finitum est ma:similr est ca in additoe vnitatum in infinitu:z ad/ ditio numeri in infinitum est in potentia:no q additio infinita exe at in actum:ita q inueniat numerus in actu infinitus:sed q addi tio nunq cesset. D.d. sed iste numerus zc.i. sed numerus non est se paratus ad hanc additoem que est in infinitum: neqz existes in eo est res fixa:sed infinitas in eo est in actu z in transmutatoe: sicut e disp.o in tpe z numero tpis. C Et intendit per numex tpis: numex qui est genus tpis: vt post declarabit:z diias inter has duas addi/ tiones vbi diximus est: qn additio in ptinuo est ex forma:z in qti/ tate discreta est ex ma:z diuisio in eis est econuerso.s.qm diuisio in numero est ex forma:z in magnitudine ex materia.

Ois res est vna p suaz forma z for ma e idiui/ sibilis p se. Idem p de ala co.90. z.53. Id.2. de ala.2.7. 8.9.60. Id 8. met.t.c. 3.z com.7. Id.5. met. co.15. p ec. 72. Ide.8. met.co. vl. z.7. met.5. z.60.37. p phyfi.63.

C In magnitudinibus aut ptrariu est: diuidit qde.n. in infinitum ptinuum: in maius aut no est infinitum: qtum.n. ptingit potetia esse: z actu ptingit tatude ee: quare qm infinita nulla est magnitudo sensibilis: non contingit ois excellentia esse determinate magnitu/ dinis: esset.n. vtiqz celo maius aliquid.

Quatu co/ tigit aliqd potetia ee: tatudez con tingit actu esse zc.

C In mesuris aut est econtrario: ptinuu.n. diuidit in infinitum: sed in magnitudine non est infinitum: qm in quacuqz mesura pot esse in potentia: in illa mesura pot esse in actu: z cu nulla mesura sensibilis est ifinita: impossibile est vt excedat oem mensuram terminata: qm si hoc esset possibile: tunc aliquid esset maius celo.

69 C Dicit: sed in magnitudine zc.i. sed mesura impole est vt crescat in magnitudine in infinitu: qm mesura demrata in qcuqz qtitate fuerit in potentia in illa qtitate pot poni in actu. C Et intedit q si mesura demonstrata posset augeri z crescere in infinitum: et possibi/ le erit inueniri mesuram infinitam in actu. Deinde destruxit ans z pclusit oppositum pntis: z dixit: z cum nulla mesura zc.i. z cum po/ suerimus q in quacuqz qtitate fuerit pole vt mensura sit in potetia in illa qtitate erit pole vt sit in actu. z cum posuerimus q aliq men sura sit in potentia infinita. seqtur q illa erit mesura infinita in ac/ tu. sed nulla mensura est infinita in actu. vt declaratum est. g nulla mesura potest crescere in infinitu. C Deinde pfirmauit istud destru

ctum per aliud pter illud qđ superi⁹ declarauit. ⁊ dixit. qm̄ si hoc eēt posse ⁊c. i. qm̄ si esset posse mēsuram crescere in infinitum. tūc mensura non eēt terminata nāīr. ⁊ sic esset posse vt aliqua esset maior mēsura ɔtinente totum ⁊ est celi. ¶ Sed queret aliqs in hac ppōne dicente ꝙ in quacūqꝫ q̄titate ponatur magnitudo in potentia/ in illa q̄titate potest poni in actu in quo differt ab hac rōne. s. ꝙ in q̄cūqꝫ q̄titate ponat̄ aliqs numerus demonstratus in potētia in illa q̄titate pōt in actu. vnde existimat̄ ꝙ non est diūa in hoc ꝙ sit posse infinitum esse in potētia in numero ⁊ in magnitudine. vt dcm̄ est. ¶ Sꝫ cum aliqs ɔsiderauerit hoc videbit ꝙ additio in q̄ nō cessat infinitum esse: ⁊ non seq̄t̄ si ponat̄ ipsam exire in actu: qđ ē impossē: ē additio cuiuslibet ptis q̄ātate possibilitas est alia a possibilitate alterius ptis: ⁊ nō sunt oēs ptes vnius possibilitatis demōstrate. ⁊ hoc est sicut est dispō in motu ⁊ tpe. in additōe aūt cuiuslibet ptis possibilitas est ps vnius possibilitatis dmōstrate. ista possibilitas quōcūqꝫ ponat̄ in potētia seq̄t̄ ex ea vt inueniat̄ in actu in illa dispone. ¶ Et si nō ɔtingeret vt potētia esset frustra. ⁊ additio que ē in magnitudine demonstrata est de q̄ōe istius additōis. ⁊ additio que est in numero est de gn̄e pme additionis. ⁊ cā in hoc ꝙ potentie q̄ sunt in additōe vniuscuiusqꝫ ptis ptium mēsure: oēs sunt ptes vnius potentie: ⁊ non est ita in numero: qm̄ sicut mēsura est vna ⁊ continua ⁊ numerus non: s̄m hoc igit̄ intelligendus est iste locus.

Digressio q̄rit̄. vtrū sic est inter nūeꝝ ⁊ magnitudineꝫ s. q̄ ad posse in infinituꝫ augeri.

Possibilitates ī reb⁹ augm̄tabilib⁹ in īfinitū sunt diuersaꝝ dispōnū. ⁊ nō sunt partes vnius possibilitatis. secus ē in nō augmentabilibus.

¶ Infinitū āt n̄ ē idē ī motu: ⁊ magnitudīe: ⁊ tpe tāq̄ꝫ vnā q̄dā nā: sꝫ posteri⁹ dr̄ ⁊ ꝑus: vt mot⁹ qdē: q: pri⁹ ē magnitudo in qua mouet̄: aut alterat̄: aut augmētat̄: tps āt pp motū. Nūc qdē igit̄ vtimur his: posteri⁹ aūt tētabimus dicere ⁊ qd est vnūqđqꝫ: ⁊ pp quid oīs magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.

Nō infiniti nō est eadē ī motu magnitudīe ⁊ tempore.

¶ Et intētio infiniti nō ē eadē in mēsura ⁊ in motu ⁊ in tpe. q. vna nā: sed dr̄ in postrēo: q: ē in priori. V. g. qm̄ dr̄ in motu ⁊ in tpe: q: ē in mēsura in qua fit mot⁹ aut alteratio aut augmētū: ⁊ dr̄ in tpe pp motū: qm̄ in istis locis accepimus istam acceptōem: ⁊ post dicem⁹ de vnoquoqꝫ eorum ⁊ de causa in hoc ꝙ omnis mensura diuiditur in mensuras.

¶ Dicit. ⁊ intētio in mēsura ⁊ in motu ⁊ in tpe nō est dcā vniuoce: ita ꝙ significet vnā nām: sed illud qđ dr̄ de posteriori dr̄ pp ꝑus. s. 70
qm̄ est dcm̄ in eis s̄m ꝑus ⁊ posterius s̄m hoc ꝙ mēsura est prior motu ⁊ motus tpe. ¶ V. g. qm̄ infinitum non dr̄ de motu: nisi q: dr̄ de mensura: mensura. n. q: est s̄m s̄m motus: ⁊ mensura est cā infiniti existentis in ipsa s̄m ꝙ mensura est subiectum ⁊ motus etiā causa est infiniti existentis in ipso s̄m ꝙ motus est subiectum: ⁊ necesse est vt infinitum existens in mensura/ ita se habeat ad infinitum exn̄s in motu: sicut mensura ad motum. si igitur quātitas dicit̄ de men/

sura ₹ motu ₼m prius ₹ posterius: necesse est vt infinitū dicaꝛ ꝺ eis ₼m prius ₹ posterius. ₹ similr̄ ꝺe motu cū tēpore: queadmodū eniꝫ motus est prior tēpore: similr̄ infinitū existēs in motu est prius infinito existēte in tempore. ¶ B.d. qm̄ in mēsura in qua fit mot⁹. i. translatio. ₹ intēdit per mensurā subiectū motus translationis aut alterationis: aut augmēti: ₹ est corpus. B.d. ₹ dicit in tēpore ₹c. i. ₹ dicit in tēpore: qͥ dicit in trāslatione. ¶ B.d. ₹ post dicemus ₹c. i. ₹ hoc qꝺ diximus ꝙ quedā istoꝝ precedūt quedā est positum hoc: ₹ post declarabiꝛ cum dicemus vtrūqꝫ eoꝝ quid sit. s. motū: ₹ tēpus idest quomodo se habent adinuicēꝫ: qm̄ motus iam declaratus est. B.d. ₹ causa in hoc ꝙ omnis mensura ₹c. i. ₹ declarabimus causaꝫ: Documētū vide. 8. cōmen. 31. ꝑpter quā semꝑ mēsura diuidiꝛ in diuisibile. ¶ Et hoc significat ꝙ diuisio mēsure semꝑ est nota ꝑ se: ₹ ꝙ causa eius indiget demonstratione: nō sicut qdaꝫ existimauit ꝙ geometer accipit hoc esse a uāli.

¶ Non remouet aūt ratio neqꝫ mathematicos a ꝯsideratione auferens sic esse aliqd infinitū qꝺ in actu sit: ₹ in augmentū intransibile: neqꝫ eniꝫ nūc sic indigēt infinito: neqꝫ vtuntur: sed solum esse quantācunqꝫ vtiqꝫ velint finitā. Maxime autē magnitudini ₼m eandem inest secari rationē quantūcunqꝫ magnitudo sit altera: quare ad demonstrandū quidem illo modo nihil differt: esse autē in existētib⁹ erit magnitudinibus.

¶ Et iste sermo nō destruit scientiā mathematicoꝝ. s. hoc qꝺ dicimus: ꝙ infinitū nō est ₼m ꝙ nunqꝫ finiꝛ in augmento in actu: quoniā non indigent in sua sciētia: hoc enim infinito: semper eniꝫ indigent in ea vt finitū sit quomodo voluerit. Et possibile ē diuidere ₼m diuisionē maxime mēsure quācūqꝫ aliā mēsurā: ex quo declaratū est ꝙ neqꝫ illis accidit nocumētū in demonstratione: neqꝫ est hic aliquid cogens: vt hic sit in mēsuris.

¶ Dicit: ₹ hoc qꝺ dicimus ꝙ magnitudo nō pōt crescere in infinitū

71 nulluꝫ fundamentū destruit mathematicoꝝ: sicut qui dicit ꝙ impossibile est magnitudinē diuidi in infinitū destruit fundamentū mathematicoꝛuꝫ: nō eniꝫ indigent in sua scientia ponere ꝙ mēsura crescit in infinitū: sꝫ indigēt in sua scientia ponere mēsurā in quacūqꝫ quātitate voluerint. possunt eniꝫ ponere mēsuraꝫ maiorē celoꝛ cū dicunt extraham⁹ lineā in infinitū: intēdūt vt accipiāt ex ea ꝗtum voluerint. ¶ Et hoc accidit eis: qꝛ nō ꝯsiderāt de mēsura ₼ꝫ ꝙ est finis corporis naturalis: sꝫ ₼m ꝙ est nō in corpe oīno. ¶ B.d. ₹ possibile est diuidere ₹c. i. vt mihi videꝛ: ₹ figuuꝫ eius ꝙ geometer nō indiget ponere lineā infinitā in additione est: qm̄ illud qꝺ pōt declarari in linea maioꝛi: ₹ si esset maxima pōt declarari in minori linea quecunqꝫ sit vt diuidere lineā in aliqua ꝓportōe: ₹ alia multa que

Vide ꝑ illo 2. phys. cō. 80. ₹ q ibi.

accidũt lineis: & cũ nõ est differẽtia ĩter magnũ & paruũ in hoc quo indigent: quid igit̃ coget eos ad ponendũ lineá infinitá in actu.

¶ Quoniá autẽ cause diuise sunt quadrifariá: manifestum est: qm̃ sicut materia causa infinitũ est: & q̄ eẽ quidem ipsius priuatio est: per se aũt subiectũ continuuz & sensibile est: videtur autẽ & omnes alij sicut materia vtentes infinito: vnde & inconueniens continẽs facere ipsum: sed non contentum.

¶ Et cum cause sunt quattuor: manifestuz q̄ infinituz est causa quasi materia: & q̄ quiditas eius est priuatio: & q̄ subiectum per se est continuum sensibile: & videmus omnes loquẽtes de infinito vti ipso quasi materia: & iõ non ẽ rectum vt sit cõtinẽs non contẽtum.

¶ Dicit: & cũ genera causa℞ sunt quattuor. manifestũ est q̄ cã infiniti est mã: & q̄ si infinitũ ponat̃ cã erit cã ꝑm mãm. a qm̃ quiditas infiniti est priuatio finis: & cã priuatiõis est mã: sʒ sꝺm istius priuationis nõ est materia abstracta a forma: sʒ sꝺm per se istius priuationis est corpus cõtinuũ sensibile; cõpositũ ex materia & forma: ꝑm q̄ est materiatũ: nõ ꝑm q̄ est formatũ. ¶ D. d. & videmus omnes loquentes de infinito &c. i. vt Platonẽ qui ponit ipsum magnũ & paruum: & illos qui ponunt ipsuz numeros: & cum ponunt ipsum quasi materiá. ideo necesse est vt sit cõtentũ non continens. 72

Manifestũ est q̄ cã infiniti est mã. Idẽ. s. 59. 60. 65. 67. 69.

a Quiditas infiniti est priuatio finis & cã priuatiõis ẽ mã.

¶ Capitulum in quo soluit rationes que supra posite fuerũt ad ostẽdendũ infinitũ esse. Cap. 6.

Reliquum aũt aggredi est ꝑm quas rõnes infinitũ esse videtur: nõ solum potẽtia: sed sicut determinatũ est: alia quidẽ enĩ ipsorũ nõ necessaria sunt: alia autẽ habẽt quasdaʒ veras cõtrarietates: neq; enĩ vt generatio nõ deficiat necessariũ est infinitum esse corpus sensibile actu: contingit enim alterius corruptionez alterius generationem esse: cum omne finitum sit.

¶ Et opʒ nũc narrare sermones ex qb⁹ existimat̃: non solum mã esse in potẽtia: sʒ est ex n̄s p se: qdã enĩ eorũ sermonũ nõ est necessari⁹ & in qbusdã sunt obiectiões vere: qm̃ vt nõ gñatio deficiat est in actu corpus infinitum sensibile: quoniam possibile est vt corruptio alterius sit generatio reliqui: totum & vtrũq; finitum.

73 **Cum** numerauit quinqz rōnes in pbando infinituz esse: incepit demōstrare deceptiōes in eis. ¶ Et dixit: et opz nūc. i. et postq̄ diximus de modo infiniti possibili et īpossibili: opz nos narrare sermones: ex quib' existimat̄ q̄ infinitū nō est solūmodo in potentia: sed in actu. quidā enim illoꝝ sermonū sunt veri: sz nō sequitur ex eis illud qḋ reputant sequi: et quidā sunt falsi: et habēt cōtradictiones veras. ¶ Deinde incepit a rōcinatione que est ex reb' veris: sz nō cōclusit illud qḋ existimant: et dixit: qm̄ vt generatio non deficiat &c. i. qm̄ nō q: generatio nō dficit: est necesse corpus in actu esse infinitū sensibile: generatū eniz q: occupat locuz corrupti non est necesse ex hoc q̄ generatio est in infinitū locū esse infinitū: qm̄ si locus pcessit generatū: et generatū est factū successiue in infinituz: et generatio generati nō sit corruptio alterius: tunc necesse est locum esse infinitū: et vt totū addat̄ in potētia in īfinitū: et sic poterit exire in actū: sz q: hoc nō est; imo gn̄atio alicui' est corruptio eius ex quo generat̄: nō nō sequit̄ ex hoc illud qḋ existimabāt sequi.

¶ Amplius tangi et includere alterū est hoc: quidē. n. ad aliquid est et cuiusdā: tangit eniz omne aliqd et finitorum alicui accidit. finitum autem nō ad aliquid est: neqz tangere tangentis contingentis est.

¶ Et ēt cōtentio cōtactus est alia ab intētione infiniti. cōtactus eniz est in respectu alicuius: si eniz aliqd tangit aliqd: et hoc accidit quibusdā finitis. finita autē nō in respectu dicunt̄: neqz qḋlibet tangit quodlibet.

74 ¶ Hec est rōcinatio in qua dictū est q̄ corpus finitū finitur p suam cōtinuationē cum alio corpe: et istud aliud cum alio: si igit̄ corpora necesse est vt finiant̄ in aliquid: necesse est vt totū sit infinitū: et incepit declarare deceptionē in hac ratiocinatione: accipit̄ eniz in ea loco contactus finitas. ¶ Et dixit: et etiaz &c. i. et istud qḋ sequit̄ in cōtactu nō sequit̄ in finitate: cōtactus eniz aliud est a finitate: contactus eniz dicit̄ in respectu alterius. finitas aūt rei dicit̄ in respectu suiipsius. vnde dr̄ q̄ corpus finitū est illud qḋ continet̄ ab vno termino: aut terminis que sunt sue superficies: nō superficies corporum extraneoꝝ. ¶ Et cuz declarauit q̄ finitas nō est cōtactus: declarauit etiā q̄ nō est necesse vt omne finitū tangat: et si alterū istorum esset verum: ratiocinatio esset vera: et dixit. et hoc accidit quibusdam finitis: et hoc. s. cōtactus accidit qbusdā rebus finitis. omne. n. tangēs est finitū: sed nō omne finitū est tāgens. Deinde dixit. finita autem &c. i. sed omne corpus dicit̄ in respectu alicuius. qḋ eniz dicitur in respectu est pars totius: et si omne corpus diceret̄ in respectu ei' a quo cōtinet̄ et qḋ tangit: tūc nō esset illic totū oīno: et cum totum nō fuerit: nō erit pars. ¶ Et ista ratiocinatio: vt mihi videt̄ ē cōis: cum nō sit manifestū per se hoc: sed hoc declarabit̄ ppe cum fuerit declaratū q̄ extra mundū nō est vacuū neqz plenū. i. et nō omne tāgens hz naturā tangendi: quodlibet eniz nō tangit nisi illud qḋ est suum totū naturaliter: nō enim quodlibet tangēs tangit qḋlibet;

Cōtact' dr̄ respcū alterius: sz finitas dī in respectu suiipsius.

Dē tāgēs ē finitū et nō omne finitū ē tāgēs.

Documētū

nedū vt quodlibet ſit tāgens. ¶ Et apparet ꝙ corpus circulare nō eſt inatū tangere cū ſit cōpletū per ſe: ⁊ ꝙ corpus rectum eſt natū tangere cum ſit finitum ⁊ cōpletum per aliud: ⁊ hoc inuenit in corpore circulari: ⁊ in elemētis: vt poſt declarabit.

Corpꝰ circulare nō eſt inatū tāgere cū ſit cōpletū p ſe: ſ3 corpꝰ rectū eſt inatū tangere cū ſit cōpletū ⁊ finitū p alter. idē 4. phyſi. cōmen. 43.

¶ Intelligētie a aūt credere incōueniēs eſt. nō eni3 in re abūdantia ⁊ defectus eſt: ſed in intelligētia: vnūquēq3 enim noſtrū vtiq3 intelliget aliquis multiplicatum ſeipſo augmētans in infinitū: ſ3 non propter hoc extra vrbem eſt: aut aliquātulā magnitudinē habens quā itelligit aliquis. ſ3 quoniā eſt hoc: hoc aūt accidit. tēpus autē ⁊ motus infinita ſunt habemus: qm̄ intelligentia nō pmanēte accepto: magnitudo aūt neq3 diuiſione: neq3 intelligibili augmentatione eſt infinitū: ſed de infinito quidem quomodo eſt: ⁊ quomodo nō eſt: ⁊ quid eſt: dictum eſt.

a Intelligētie credere incōueniēs eſt.

¶ Et nō eſt rectū etiā credere illud qd̄ imaginat imaginatione. additio enim ⁊ diminutio nō erit tūc in re: ſ3 in imaginatōe. pōt eni3 quis imaginari ꝙ vnuſq3 noſtrum creuit multotiēs in infinitū ſup quantitatem in qua ſumus. ſ3 nō ſequit ſi aliquis imaginat hoc in nobis: vt nos ſimꝰ extra ciuitatē: ſ3 cū erimus ſic, accidet hoc nobis. tēpus autē ⁊ motus ſunt infinita: ⁊ ſiſt imaginatio abſq3 eo ꝙ id qd̄ inuenit ex eis ſit fixū: mēſura aūt neq3 ſm̄ diminutionē neq3 ſm̄ additionē per imaginationē erit infinita: iam igitur diximus d̄ infinito: qūo eſt: ⁊ quomodo nō eſt: ⁊ quid eſt.

¶ Imaginatio facit credere infinitū i actu eē ⁊ in potētia. in vero. ſ. ⁊ in falſo. in vero aūt qꝛ poſſe eſt imaginari infinitū in additiōe numerorum ⁊ in diminutione mēſure. in falſo vero qꝛ poſſibile eſt imaginari mēſurā creſcere ſicut diminui: in eo aūt qd̄ eſt in actu facit credere vt dictū eſt ſuperius. nō eni3 poſſumꝰ imaginari extra mūdum niſi corpus aut vacuū: ⁊ illud vacuū aut corpus ſi ponit finitū: tūc nō poſſumus imaginari extra ipm niſi aut vacuū aut corpus exiſtimat ſequi ꝙ extra mūdū eſt corpus īfinitū: aut vacuū aut corpora infinita: ⁊ vbi imaginat vacuū: poſſe eſt vt in eo ſit corpus. ergo ſi vacuū fuerit infinitū corpꝰ erit infinitū. imo neciu3 hoc eſt. poſſe. n. vt dicit Ari. i eternis eſt neciu3. ¶ Et cū imaginatio facit hī: icepit declarare ꝙ multa ſunt que nō pn̄t imaginari: ⁊ multa imaginant q̄ nō ſunt. ⁊ dixit. ⁊ nō eſt rectū ēt ⁊c̄. i. ⁊ nō eſt rectū credere ꝙ eſſe ſequit imaginationē. augmētū. n. ⁊ diminutio q̄ pn̄t imaginari in 75

Poſſe vt dicit Ariſt. in eternis eſt neciu3. idē 3. phyſi. 32. ⁊ que ibi.

rebus existētib⁹ in qbus impōle est additionē eē aut diminutionē: nō sequit imaginationē: imo illud qđ est in imaginatiōe nō est nisi in aīa tm̄. ℂ U.g. qm̄ possibile est vt aliqs imaginet ꝙ vnusquisqꝫ
Pria expō nostrū crescat plus sua quātitate nāli. sed nō sequit ex illa imagina tione vt sim⁹ in hac dispōne magnitudinis. ℂ Et dixit. sed nō seqtur ⁊c̄. forte intēdit. sed si aliqs imaginet hoc in nobis. s. vt ita sim⁹
Secūda. magni: adeo ꝙ sum⁹ eẋ ciuitatē: nō seqt ex hoc vt sim⁹ eẋ ciuitatē. ℂ Et forte ē defect⁹ in lib. ⁊ sic dꝫ legi. ⁊ silr pōt qs imaginari nos esse eẋ ciuitatē: sed nō sequit ex sua imaginatiōe nos eē eẋ ciuitatē. sed cū fuerim⁹ eẋ ciuitatē: tunc imaginatio illius erit vera ⁊ erit accn̄s entis: ⁊ hoc intēdebat cū dixit. sed cū fuerim⁹ sic accidet hoc
Imaginatio sequitur ens. ⁊ non ens imaginationem. nobis. i. sed cū fuerim⁹ eẋ ciuitatē accidet vt imaginatio sit talis. imaginatio. n. sequitur ens: sed nō ens imaginationē. ℂ D. d. tps aūt ⁊c̄. i. tēpori aūt ⁊ motui accidit ꝙ sunt in se infinita. ⁊ silr imaginatio corꝝ: sed illud qđ inuenit de infinito in eis nō est fixuꝫ. i. existens in actu. hoc enīꝫ est impōle: sed est successiuū. D. d. mēsura vō ⁊c̄. i. mēsura vero nō est infinita in additiōe ⁊ diminutiōe pp hoc ꝙ imaginat diminui ⁊ crescere in infinitū: sed in hoc ꝙ est infinita in diminutiōe cōueniūt esse ⁊ imaginatio p accn̄s. ⁊ in hoc ꝙ est infinita in additiōe nō ꝯueniūt vt declaratū est superi⁹: ex imaginatiōe igitur nō pōt qs iudicare vero iudicio essentialr ipsaꝫ diminui in infinitū: aut crescere. sed si iudicauerit ipsam diminui erit verū iudiciuꝫ per accn̄s: ⁊ si iudicauerit ipsam crescere erit falsum simplr.
Epilogus. ℂ Et cū cōpleuerit ꝑmonē de infinito: dixit: iā igit dixim⁹ ⁊c̄. i. iā igit diximus qūo est infinitū. i. in potētia: ⁊ qūo nō ē. i. in actu. ⁊ qd est. i. ⁊ iam diffiniuim⁹ ipsuꝫ sic. s. qm̄ est illud eẋ qđ semp est aliqd.

ℂ Incipit Liber Quartus physicoꝝ Arist.

ℂ Sūma. 4. lib. phys. ꝑm Auer.

ℂ A tex. primo vsqꝫ ad. 50. loquitur de loco.
ℂ A. 50. vsqꝫ ad. 87. disputat de vacuo.
ℂ Ab. 87. vsqꝫ in finem differit de tempore.

ℂ Tractatus primus de loco in quo inquirit disputatiue an locus sit. Cap. 1.

Similiter autē necesse est de loco sicut ⁊ de finito cognoscere: si est aut nō est: ⁊ quomō est: ⁊ qd est: ⁊ ea nāqꝫ que sunt: oēs opinant alicubi eē: que vero non sunt nusqꝫ eē: vbi enim eēt tragelaphus aut sphinx. Et de motu q cōis maxime est ⁊ magis proprius ꝑm locum est quem vocamus loci mutationem.

¶ Et opz nãlem ɔsiderare de loco sicut de infinito do/ nec sciat: vtrũ sit an nõ: ꝛ quõ: ꝛ quid sit. homines enim opinãtur entia esse in vbi. qḋ.n.nõ est ens/ nõ est apḋ eos in loco: hircoceruus enim ꝛ chimera nõ hñt vbi. Et qꝛ cõmunioꝛ motuũ ꝛ manifestioꝛ est ille qui est in loco: qui dicitur translatio.

Intendit in hoc tractatu pscrutari de loco ꝛ tẽpore quid sit sb̃a vtriusqꝫ. illa enĩ eẽ' manifestũ est p se: sed apud perscrutationẽ de nã eoruꝫ accidũt in hoc qõnes. ꝛ post pscrutatio/nem de loco perscrutabiꞇ de vacuo: vtrũ sit aut nõ: qꝛ assimilatur loco: ꝛ qꝛ existimaꞇ esse locus in quo nõ existit corp⁹: ꝛ primo ince/pit perscrutari de loco ꝛ incepit in hoc notificãdo que sunt ɔsiderã/da de loco. ¶ Et dixit. opꝫ nãlem cõsiderare ꝛc. ꝛ intendit ꝙ nãlis dꝫ considerare de vtroqꝫ. vtrũqꝫ enĩ est cõsequẽs corporis nãlis. Deinde dixit. vtruꝫ sit aut nõ. ¶ Et nõ intendit perscrutari de suo esse ẜm demonstrationẽ: sed ẜm dialecticã: locum enĩ esse notũ est per se: sed cum perscrutaꞇ ẜm dialecticã de quiditate eius: occurrũt hic questiões que faciũt dubitare in suo esse. Deinde dixit: ꝛ quõ. i. vtrum sit de genere entiũ per se: aut de genere entiuꝫ per aliud: ꝛ qd sit. intendit diffinitionẽ ꝛ sb̃am. ¶ Et cuꝫ narrauit ꝙ opꝫ naturalẽ perscrutari de loco incepit dare causaꝫ famosaꝫ cogentẽ ad perscru/tationeꝫ de hoc ꝛ dixit: qm̃ homines ꝛc. i. ꝛ oportet perscrutari de loco: quoniã antiqui opinabanꞇ ipsuꝫ esse necessariũ in esse cuiusli/bet entis: ꝛ causa illius opinionis est: qꝛ cum videꞇ ꝙ illud qḋ non est ens vt chimera ꝛ hircoceru⁹ non est in loco. existimauerũt ꝙ se/quitur ẜm cõuersionẽ ꝙ omne qḋ est ens est in loco. 1

Documẽtũ primuꝫ. Arist. nõ intẽdit pscrutari de esse loci ẜm de/mõstratio/neꝫ: sed ẜm dialecticã: qꝛ locũ esse est notũ per se ꝛc̃.

¶ Sed⁹ declaratũ est in logica: ꝙ nõ tꝫ ista ɔuersio. sunt.n. entia q̃ nõ sunt in loco. ¶ Et cũ dedit cãm famosaꝫ cogentẽ ad perscrutãdũ de loco dedit in hoc causaꝫ naturaleꝫ ꝛ dixit: ꝛ qꝛ cõmunioꝛ motuum ɔprie ꝛc̃. i. ꝛ causaruꝫ cogentiũ ad pscrutãdum de loco est: ꝙ in esse motus localis qui est cõmunioꝛ motuũ. s. extra quẽ nulluꝫ ens est naturale: ꝛ prioꝛ eoruꝫ. s. ẜm tẽpus ꝛ cãm: vt post declarabiꞇ neces/sarius est locus: ꝛ cum naturalis habꝫ perscrutari de motu: opor/tet ipsum ẽt perscrutari de loco. 2

Quõ mot⁹ localis est cõioꝛ oĩ motu ꝛ prioꝛ ẜm tps̃ ꝛ ẜꝫ cãꝫ. Vid. 8. ph. a tex. cõ. 55 vsqꝫ ad te. cõ. 61.

¶ Habet aũt multas dubitatiões quid forte sit locus. nõ enĩ videꞇ idem cõsiderãtibus ex oib⁹ que insunt: amplius aũt neqꝫ habem⁹ nihil ex aliis: neqꝫ ante q̃si/tum: neqꝫ bene exquisitum de hoc.

¶ Et in intentiõe loci quid sit sunt multe qõnes. non enĩ in quacũqꝫ parte inspexerim⁹ ipsum inueniemus ipsuꝫ vnũ: ꝛ nõ habem⁹ ab aliis p̃decessoribus aliqd dubitatũ: neqꝫ aliquid inuentum de ipso. 2

¶ Cum narrauit ꝙ opꝫ nãlem pscrutari de loco ꝛ dedit cãm in hoc

incepit narrare difficultatē cognitiōis loci ⁊ declarare cām in hoc. ¶ Et dixit. ⁊ in intentione qd sit locus sunt multe qōnes. i. in scire diffinitiōez ⁊ quiditatē loci sunt multe qōnes ⁊ maxima difficultas. ¶ Deinde dedit cām in hoc ⁊ dixit. nō eniz in quacūqz pte ⁊c. i. ⁊ cā difficultatis qditatis ei⁹ ē: qꝛ cū cōsiderabim⁹ de illo nō īuenimus ipsuz vnū dictū vniuoce in oīb⁹ corporib⁹ nālibus: sed dictū mō dubitatiuo. i. multiplr. ⁊ scire a qditatē hmōi entiū est difficile: qꝛ appropinquat ei qd non hz cōem nām. ⁊ iō latet. ⁊ diffō cōis declarat hanc nām cōem. ⁊ hmōi diffōnes difficile inueniunt p regulas dantes diffinitiōez que sunt diuisio ⁊ cōpositio ⁊ demrātio. ¶ b Aut intēdit ꝙ cōsiderare de loco inducit ꝯsideratiōez ad res diuersas de dispōne eius. sunt. n. aliq̄ que faciūt existimare in ipso res diuersas vt post declarabit. ¶ Et cuz dedit cām ex ipsa re: dedit aliam cām extrinsecā facientē ēt scire qditatē loci eē difficilē: c ⁊ dixit: ⁊ ēt nō habem⁹ ab alijs pcedētib⁹ ⁊c. i. ⁊ ēt considerare de loco erit difficile: qꝛ nihil inuenim⁹ in ipso dictū a pcedentib⁹: neqz aliquid qd faciat dubitare in eius esse: neqz aliquid inuentū de cognitione substantie eius.

Pria expō

a Scire qditatez huiusmōi entiū q multiplr dnr est difficile: ⁊ diffōnes taliū difficile īueniunt p regulas dātes diffōnē q sunt cōpō diuisio ⁊ dimōstratio. Vid. 6. me. cō. p. ⁊ p de aīa. cō. 5. de regulis diffinitiōis.

¶ Q igit locus sit: videt manifestū esse ex transmutatione. vbi nāqz nunc est aqua: hinc exeunte sicut ex vase, iterum aer inest: aliqn aūt eundez locum aliud aliquod corporeū cōtinet: hoc autē ab his que fiunt ⁊ cōmutant alteruz videt oībus esse. in quo eniz aer nunc est: aqua i hoc prius erat. Quare manifestū est ꝙ erat locus aliquid ⁊ receptaculuz alteꝝ ab vtrisqz in qd ⁊ ex quo mutatum est.

b Scda expositio.

c Vide. 2. meta. text. cō. 4.

¶ Et existimat ꝙ manifestū est locum esse aliquid ex mutatione ⁊ translatiōe. vbi eniz nunc est aqua illic qn exit aqua est aer. V. gratia. qn aqua exit a vase erit etiā ibi aer: ⁊ forte fm hunc moduz erit ibi aliqd corpus aliud: ⁊ existimat hoc aliud ab oībus rebus que sunt: ⁊ transferūtur in ipsuz: illud eniz in quo modo est aer: prius erit in ipso aqua. Declaratum est igitur ex hoc locum esse aliquid aliud a duobus. s. illud ad quod ⁊ a quo succedunt.

3 ¶ Cum declarauit cām pp quā opz nālem cōsiderare de loco: ⁊ declarauit cām difficultatis que ē in cognitiōe sbe eius: incepit numerare res famosas faciētes locū esse: deinde post hoc numerauit res famosas ēt que faciūt dubitare in eē eius: vt est ei⁹ mos. s. in pordinādo sermones logicos sermonib⁹ demrātiuis q hnt cū cognitiōe rei dissolutionē illoꝝ sermonū ꝯtrarioꝝ. ¶ Et dixit: ⁊ existimat ꝙ manifestū est ⁊c. i. ⁊ appet locuz eē ex mutatione fm translatiōez. s.

Cōsuetudo fuit Ari. dialecticos sermones demonstrati/

permutationē corporū succedētiuz in ipso. apparet.n.ꝙ illud vbi est aqua qñ recedit ab eo succedit in illo vbi aer aut aliud corpus: vt accidit in vase ꝙ cū ab eo exit aqua succedit ei aer: aut aliud corpus: ⁊ hoc intēdebat cuz dixit. vbi eniz est mō aqua ⁊c.i. apparet.n.ꝙ vbi inuenit aqua illic qñ exit aqua ab eo sicut exit a vase inuenit aer. D.d.⁊ forte hoc mō erit illic aliqd corpus aliud.i.⁊ forte fz successionē veniet in huncloců in quo fuit aqua aliqd corpus aliud ab aere. ¶ D.d. existimat igitur ⁊c.i. scitur igitur ex successione cuius cā est resolutio: ꝙ locus est aliud a rebus succedētibus in ipsuz. Manifestuz est eniz ꝙ illud in quo mō est aer: iaz in eo erat prius aqua ⁊ ipsum est fixum ⁊ recipiens successionē istoruz duorum corporū: ⁊ hec duo corpora nō sunt fixa sed successiua. ergo est aliud necessario a corporibus accidētibus: ⁊ hoc qd dixit: cū hoc qd est famosuz est notum per se etiaz. ¶ Deinde.d. declaratum est igitur ex hoc ⁊c.i. declaratuz est igitur ex hac cōsideratione locuz esse aliquid aliud ab illis duobus que succedūt sibi in illo: ⁊ est illud aliud ad qd trāsferuntur ⁊ in quo succedunt sibi.

uis ꝑponet Vide ꝯsile 2.d aīa.cō. 136.⁊ in.3. meta.cō.ꝑ vid'h.j.cō. 51. Sed vid oppositū ꝑ celi cō.2.vide solonez. cō.85.ꝑmi de celo.

¶ Amplius aūt loci mutatiōes physicorū corporuz ⁊ simpliciū: vt ignis terre ⁊ taliuz: nō solum ostēdunt ꝙ aliqd sit locus: sed qꝛ ⁊ hz quādaz potētiā locus. fertur eniz vnūqdq; in suū locuz nō prohibitū: hoc quidē sursuz: illud vero deorsuz. He aūt sunt loci partes ⁊ spēs: sursuz ⁊ deorsuz: ⁊ reliqua sex distantia.

Sex sūt loci diīe. Jdē 3.phy.tex. cōmen.54. Et.2.ce.te. cō.9. Jdez ꝑ infra tex. sequēti.

¶ Etiā modi trāslatiōis corporū nāliuz simpliciuz. V. grā. trāslatiōis ignis: ⁊ terre: ⁊ similiū significāt cū hoc ꝙ significāt locū esse aliqd: ipsuz habere ēt aliquā potētiam. qdlibet eniz eorū transfert ad suū locum quē hz nisi impediat ab aliquo: hoc igit transfert superius: ⁊ hoc inferius. Et iste sunt partes loci ⁊ species illius. superius ⁊ inferius ⁊ alie partes.

¶ Ex hoc appet ꝙ locus est aliqd ens aliud a corporib⁹ locatis: ⁊ opz ex eo etiā ipsuz habere potētiam nālez couenientē ei qd moue-
tur ad ipsuz: ⁊ si nō: tunc corpora nō mouent ad ipsuz: ⁊ apparet ex 4
eo etiā tertiū: qñ diuidit in spēs cōtrarias: ⁊ hoc appet sicut dixit ex cōsideratiōe modorū translatiōis corporū simpliciū translatione naturali. vt ignis superi⁹ ⁊ terra inferius: ⁊ aer supra aquā ⁊ aer sub igne: apparet.n. intuētib⁹ hoc ꝙ illud qd terra querit per suū motum ad inferius est locus illi cōueniēs: ⁊ similr illud qd ignis querit per suuz motū ad superius. ¶ Et apparet ex hoc ꝙ locus est ꝑfectio moti ad ipsuz: ⁊ hoc intēdebat cū dixit ipsuz habere potētiā.i. qm appet ex motu terre ad inferius ⁊ ignis supius: qd querūt p istū modū vbi ꝯueniēs sibi: que ꝯueniētia nō est nisi p potētiaz nālem existentez in illo vbi. ¶ Deinde.d.⁊ hoc transfert ad inferius ⁊c.i. ⁊ apparet ēt ex hoc ꝙ vnuz corp⁹ simplex trāsfertur ad superius: ⁊

aliud ad inferius: qđ superius τ inferius sunt partes loci: in quas diuiditur ſm ꝙ genus diuidit in suas differentias specificas: τ. q. d. sunt partes loci que sunt species illius: τ addit: hoc ne aliquis intelligat per partes/ partes ſm quantitatem: non ſm formam: τ intendit per sex partes sursum τ alia.

¶ Sunt aũt hec hmõi non solum ad nos: τ dextruȝ τ sinistrũ: τ sursum τ deorsum. nobis enim non semper idẽ: sed ſm positionẽ quocũqȝ vertamur fit. vnde ideȝ multotiẽs dextrũ τ sinistrũ est: τ sursum τ deorsum: τ ante τ retro. in natura aũt determinatũ est seorsuȝ vnũquodqȝ: non. n. qm̃ cõtingit sursum est: sed vbi fertur ignis τ leue aliqđ silr deorsum: non qz contingit: sed vbi habẽtia grauitatẽ τ terrena sunt tanqȝ non positione dña solũ: sed potẽtia. ¶ Ostẽdũt aũt τ mathematica: cũ enĩ nõ sint in loco: tñ ſm positionẽ ad nos hñt dextrũ τ sinistrũ: quare solũ est intelligere ipsoꝝ positionẽ non habẽtia horũ natura vnũquodqȝ.

¶ Et ista τ ei silia nõ sunt in respectu ad nos. s. superius τ inferi⁹: τ dextrũ τ sinistrũ. nõ. n. vnũ eoꝝ est vnũ semper in respectu ad nos. pars. n. non est apud nos semp vna: sȝ est ſm sitũ ſȝ motũ nr̃m: τ iõ forte idẽ in nobis erit dextrum τ sinistrũ: τ superius τ inferius: τ ante τ retro: sed vnũquodqȝ istorum distinguitur per naturam. superius enim non est quilibet locus: sed locus ad quẽ transfert ignis τ leue: τ similiter etiaȝ inferius nõ quilibet locus: sed ille ad quẽ transfert graue τ corpora terrestria. ¶ Manifestũ est igit ex hoc ꝙ diuersitas eorum non est solũmodo in situ sed in potentia: τ hoc significat dispositio mathematicoꝝ. V. g. triãgulus: qm̃ τ si non sunt in loco: tñ ſm suum sitũ qñ cõparantur ad nos inuenitur in eis dextruȝ τ sinistrum: sed situs eorum est opinabilis tantũ: non quia habẽt in sua natura quodlibet actorum.

¶ Cum declarauit ꝙ ex hoc qđ superius τ inferius apparẽt apparebit natura specierũ loci: τ superius τ inferius sunt duob⁹ modis.
5 alia eniȝ sunt que sunt in respectu ad nos absqȝ eo ꝙ habẽt esse extra animaȝ in se: τ alia sunt que sunt habẽtia esse naturaliter: incepit declarare ꝙ superius τ inferius que sunt species loci naturalis

nõ sunt illa q̃ sunt in respecũ ad nos. ¶ Et dixit. ⁊ ista ⁊ eis silia ⁊c. i. ⁊ iste ptes nõ sunt partes que dñr in respectu ad nos. B. d. pars eniʒ ⁊c. i. pars em̃ que est in respectu nõ est vnum existens naturaliter: sed est ẽm nostrũ situm. i. ẽm illud quod est in nobis in respectu ad nos est ẽm locũ rei ad nos: quoniã si fuerit versus caput erit superius: ⁊ si versus pedes dicet̃ esse inferius. Deinde. d. ⁊ ideo forte ⁊c. i. quia iste partes nõ sunt in se res existentes: sed sunt dispositiões collate ad nos forte accidit eidem vt sit dextrũ: deinde erit sinistrum per mutationẽ nostri situs in respectu ad ipsum: aut per mutationeʒ sui in respectu ad nos silr accidit ei q̃ qñqʒ sit superius in respectu ad nos: ⁊ qñqʒ inferius: ⁊ qñqʒ ante: ⁊ qñqʒ retro: iste. n. partes nõ sunt existẽtes in se: sʒ sunt collationes dicte in respectu ad nos: ⁊ collatio distinguitur p trãsmutationeʒ vtriusqʒ collatoꝝ. ¶ B. d. ⁊ q̃libet istoꝝ est distinctũ p nãʒ. i. ⁊ iste ptes nãles nõ sunt collate ad nos: sʒ quelibet earũ est distincta nãliter. superius em̃ nãle nõ est quelibet pars: sʒ pars ad quã trãsfert̃ ignis: ⁊ vlr corpus leue: ⁊ silr inferius non est quelibet pars: sed pars ad quã trãsfert̃ terra ⁊ vlr corpora grauia. ¶ B. d. declaratũ est igit̃ ex hoc ⁊c. i. ⁊ declaratũ est igit̃ ex hoc q̃ corpa cõtraria ẽm nãm mouent̃ ad ista loca cõtraria in loco: qm̃ q̃ ista loca vel situs nõ sunt in hoc loco tm̃. s. q2 sunt in duob⁹ extremis vni⁹ linee recte lõgissime: sʒ ⁊ cũ h̃ sunt cõtraria ẽm potentiã. res. n. quarũ sbe sunt siles cõtrarijs: hñt sbas contrarias aliquo modo. ¶ B. d. ⁊ significat hoc dispõ mathematicoꝝ. i. ⁊ dña que vr̃ inter ptes que sunt in reb⁹ nãlibus: ⁊ in reb⁹ mathematicis: qm̃ mathematica non hñt potentiã ad partẽ: ⁊ nãlia hñt hoc. s. significat q̃ partes rerũ nãliũ nõ sunt ẽʒ positionẽ: nec loca eoꝝ sunt p existimationẽ: sicut est dispõ in reb⁹ mathematicis: ⁊ si non: non eẽt dña inter corpora nãlia ⁊ mathematica. ¶ B. d. sʒ situs eoꝝ ⁊c. i. sʒ ⁊ partes exñtes in corporib⁹ mathematicis nõ sunt partes existẽtes in eis ex̃ intellectũ ẽm q̃ sunt mathematica: sicut est dispõ in corporib⁹ nãlibus. s. qm̃ in eis inueniunt̃ partes sex distincte ẽm naturã: ⁊ h̃ in aĩato: in inaĩato vo nõ inueniunt̃ h̃: sʒ sunt res q̃ existimant̃ in eis estimatiõe tm̃: ita q̃ ex̃ aĩam nõ sunt sicut sunt in aĩa. ¶ Et est itelligendũ de hoc qđ dixit in eis q̃ sunt p̃ter supi⁹ ⁊ iferi⁹: qm̃ sunt distincta nãlr qđ itẽdebat p hoc ẽm q̃ sunt ptes: ⁊ nõ ẽm q̃ sunt vbi: qđ nõ est ita de supiori ⁊ iferiori: inuenit̃ em̃ in eis aliqđ distinctũ ẽm q̃ est vbi: ⁊ ẽʒ q̃ est pars: ⁊ iaʒ exposuimus h̃ in caplo de infinito. vbi numerauit dñas loci nãles: ⁊ q̃si intẽdit q̃ iste partes sex nõ sunt distincte in mũdo: sʒ in celo: ẽm q̃ est aĩatum.

Res q̃ꝛ sbe sũt siles cõtrarijs hñt sbas cõtrarias aliq̃ modo.

Drie loci nãliter sunt distictę i aĩatis: sʒ i iaĩatis nõ inueniuntur ex̃ aĩaʒ: sed in imagiatiõe tm̃. Idẽ. 3. phy. c. 54. ⁊. 2. ce. 9.

¶ Amplius vacuũ affirmãtes esse locũ esse dicũt: vacuũ enim vtiqʒ locus erit priuatus corpore: qđ quideʒ igitur aliquid sit locus preter corpora: ⁊ q̃ omne corpus sensibile in loco per hoc aliquis accipiat. ¶ Uidetur autem vtiqʒ ⁊ Hesiodus recte dicere faciẽs primũ chaos. dicit igit̃ primũ omniũ chaos factum: sed postea terram latam tanq̃ indigeret primum esse rece-

Uacuũ est locus puatus corpe.

ptaculum hts que sunt: propter hoc qd opinati sunt queadmodu multi esse oia vbiq; et in loco.

¶ Et etiã dicẽtes vacuũ esse dicũt locũ: vacuum enim est locus sine corpore. ex his igit existimat locus esse aliud a corporibus: et q oẽ corpus sensibile est in loco.

¶ Et existimatur q Home. etiã bene dixit in suis versibus: q inane fuit pmo: et sermo eius est talis: in principio fuit inane: et postea terra ampla et spaciosa: et dixit hoc: q: intendebat q primo necesse est locum esse entibus: q: existimabat illud qd vulgus existimat. s. q oia entia sunt in aliquo vbi et loco.

6 ¶ Ista est tertia famosa rõ etiam: et accidit ei q fuit non vera: sicut accidit duabus precedentibus q fuerunt cum hoc q fuerunt famose vere etiam. dicere enim vacuũ esse: et q est locus sine corpore est famosum ppter existimationẽ: et est necessarium in existimatione eis qui generant mundũ sm totum. s. existimare vacuum precedere: et necesse est em vt locus precedat corpus: et cũ totũ est generatũ sequit vt vacuũ precedat generationem totius. ¶ Et ideo loquentes nostre legis dicunt vacuum esse: q: generant mundum: et q: existimatio est cõmunis omnibus generantibus mundum sm totũ: ideo dixit Homerus q inane. i. vacuũ fuit pmo etc. ¶ D. d. et dixit hoc: q: intendebat etc. i. et iste versificator dixit hoc: q: existimabat illud qd vulgus existimat. s. q entia oia indigent loco: q: existimat: quoniã cum id qd non est ens non est in loco: sequitur q illud qd est ens est in loco. ¶ Et ista est quasi quarta ratio famosa: et accidit ei q fuit falsa: et hoc est vnum eorum que mouent Homeruz ad dicendũ. hoc tamẽ maxime inducit ipsum ad hoc existimatio cõis oibus. s. q vacuum dz precedere generationẽ mundi: et hoc est vnum eoꝝ quibus Aristo. destruit corpus generari simplr: qm sequeret vacuũ pcedere ipsum: et vacuum esse apud ipsum est famosum.

Vacuũ esse est famosuz pp existiatione et necessariũ eis q generant mundũ sm totũ.

¶ Si aũt hmõi est mirabilis quidẽ potẽtia loci: et prima oium: et prima oibus: sine quo nãq; nullũ alioꝝ est. Illud aũt sine alijs necesse est primũ esse. nõ em perditur locus his que sunt in eo corruptis.

¶ Si igitur ista est dispositio loci mirabilem habet potentiam: quoniã precedit omnia entia. Illud em extra qd impossibile est vt alia sint: et potest esse sine illis necesse est vt sit primum. locus enim non corrumpitur cũ corruptione eius qd est in eo.

7 ¶ Si igitur dispositio loci est talis. s. q: est necessarius in esse oium entium vt antiqui dicebant: mirabilem habet potentiam: est enim

prior naturaliter omnibus entibus. alia eniz entia fm hoc non possunt esse sine ipso. ille vero potest esse sine illis: z qd est tale est prius naturaliter. ¶ Et sic debet legi: z potest esse sine illis. quoniam locus non corrumpitur per corruptionē eius qd est in eo. ergo necesse est vt sit primū. i. prior nāliter non fm naturā: sed fm tempus.

Illd ē prius nālr qd pt eē sine alijs z alia nō sine ipso. Idē 5. me. ca. de priori.

¶ At vero hz defectū si est qd est: vtrū em moles quedā corporis: aut quedā altera natura. Querendū eniz est genus ipsius primum: distātias quidē hz tres: longitudinis: pfunditatis: z latitudinis: quibus determinatur corpus oē. Impossibile aūt est corpus esse locū: in eodē enim vtiqz essent duo corpora.

¶ Sed in ipsum esse sunt loca dubitabilia. querit em̄ vtrum sit corpus aut alia natura. Perscrutādum est enim de suo genere: primo quid sit. dicamus igitur q locus habet tres dimensiones: longitudinis. s. z latitudinis: z pfunditatis: z ista termināt quodlibet corpus. Et est īpossibile locum esse corpus: sequitur eniz duo corpora esse in eodem loco.

¶ Cum induxit rationes famosas in esse loci: incepit numerare et res famosas negantes ipsum esse. ¶ Et dixit: sed in ipsum esse sunt loca dubitationis. Deinde incepit numerare illa z dixit. queritur enim zc. i. querit enim vtrū corpus sit adeo q corpus sit locus corporis. s. adeo sit aliqd corpus qd dicit in respectu alterius corporis. locus. n. est locus locati: aut est alia natura a corpore: quoniā primo oportet perscrutari de genere sub quo collocatur locus qd sit. res em̄ que sunt ignorate diffinitionis perscrutandum est primo de genere earum: z post de differentia quando vtraqz pars diffinitionis fuerit ignoratiē. s. genus z differētia: sicut est dispositio in loco. ¶ Deinde incepit perscrutari de hoc: z di. dicamus zc. i. dicamus igit: quoniam existimatur locus esse corpus nō aliud: quoniam existimatur q locus habet tres dimensiones: longitudinem. s. z latitudinem: z pfundū. z omne a quod habet tres dimensiones est corpus. ergo locus est corpus. ¶ Deinde induxit impossibile qd sequitur ex hac positione: z dixit: sed est impossibile vt sit corpus zc. i. sed est impossibile locum esse corpus. contingit enim duo corpora esse in eodē loco fm penetrationē: qm̄ cōtinget vt dimēsiones corporis locati penetrent dimensiones loci: qd est impossibile. 8

Res q̄ sunt ignorate diffinitiōis perscrutādū ē p de gñe eārū. z post de dīia quādo vtraqz ps diffinitiōis ignota fuerit. s. genus z dīia.

a Oē qd hz tres dimensiōes: ē corpus. Idē. p ce. t. cō. 2.

¶ Amplius si locus vere est corporis receptatiuum: manifestū qm̄ z superficiei z reliquorū terminorū. eadem. n. cōsonat ratio: vbi nāqz erant prius aque planities: erunt iterum que sunt aeris: at vero dīam neqz vnā habemus puncti z loci pūcti: quare si neqz ab hoc

est locus alterum: neqꝫ aliorum nullius: neqꝫ est aliqd
ꝑter vnūquodqꝫ horum locus.
¶ Et ēt si corpus habet locum: manifestum est ꝙ pla/
num ēt habet locum: ⁊ alia vltima: ⁊ ꝙ illa eadem rō
seqtur in istis. vbi. n. ꝑmo fuerunt superficies aque: il
lic ēt sunt superficies aeris: sed nulla dr̄ia ē apud nos
inter punctum ⁊ locum puncti. si igit̄ locus puncti nō
est aliud qꝫ pūctus: ergo neqꝫ locus alicuius alio⁊ est
aliud ab eis: ⁊ locus nihil aliud ē qꝫ quodlibet isto⁊.

9 ¶ Ista est quasi rōcinatio per se destruens locum esse: ⁊ incepit ser/ monem a syl'o hypothetico ꝯtinuo dicente si corpus sit locus ⁊c. ⁊ intēdit per planum superficiem: ⁊ per alia vltima lineam ⁊ pūctū. superficies enim est vltimum corporis. ¶ Deinde incepit declarare continuationem istius syllogismi ⁊ dixit. vbi enim ꝑmo fuerūt ⁊c. idest illud enim quod sequitur ex translatione in hoc ꝙ corpus hꝫ locum: idem sequitur in hoc ꝙ superficies habeat locum: ⁊ lineam: ⁊ pūctum. ¶ Syllogismus sic componitur: superficies ⁊ vl'r vltīa corporum ita succedant super idem sicut corpus: ⁊ omne qđ est tale est in loco: ergo superficies ⁊ vltima sunt in loco: deinde induxit cō/ clusiōem: ⁊ dixit: sed nō est dr̄ia ⁊c. ¶ Et ista ꝯclusio seqtur ex duo bus hypotheticis: ⁊ duobus cathegoricis. primus enim hypotheti cus est: quoniam si vltima sunt in loco: pūctus est in loco. ¶ Scōs vero: si punctus est in loco: locus pūcti idem est cum puncto: ⁊ ista cōtinuatio declarabitur per duos syllogismos cathegoricos. s. loc⁹ puncti est pūctus: ⁊ pūctus superponitur pūcto. ergo pūctus suppo nitur suo loco. ¶ Deinde ꝯiūgitur huic ꝯclusiōi ꝙ superposita sunt vnum: ⁊ sequitur vt pūctus ⁊ locus eius est idem. ¶ Deinde indu xit alium syl'm hypotheticum: ⁊ est: si locus pūcti nō fuerit aliud a pūcto: nō est locus alicuius alio⁊: supficiei. s. ⁊ linee aliud ab eo: deinde tacuit inconueniens: quod est: ꝙ cum locus rei sit res: erit res in se: quod est impossibile. ¶ Et dceptio est in hoc sermone famo so: quia accipit illud quod est per se: in loco eius quod est per acci/ dens. translatio enim superficierum ⁊ vniuersaliter vltimorum: ⁊ vniuersaliter successio eorum super vbi est per accidens: quod non ē ita in corporibus: ⁊ ideo non sequitur: si corpus debet habere locuꝫ per suam translationem. vt etiam superficies habeat nisi in primo aspectu ⁊ s̄m famam.

Documētū.

Translatio supficie⁊ ⁊ vl'r vltiorū ⁊ vl'r succes sio co⁊ sup vbi ē p acci dēs. Jō. 5. phy. cō. 22.

¶ Quid enim forte ⁊ ponemus esse locuꝫ: neqꝫ elemē
tum est: neqꝫ ex elementis possunt esse huiusmodi ha
bētia naturam: neqꝫ corporeorum: neqꝫ incorporeorū
magnitudinem habet locus: corpus autem nullum ē.
sunt aūt sensibilium corporum elementa corpora: sed
ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.

¶Quid igitur ponetur locus eſſe: impoſſibile enĩ ē vt locus ſit elementum aut aliquod ex elemẽtis: ⁊ iſta eſt natura non de corporeis neq̃ de incorporeis: ꝙ corporeis autem predictum eſt: de incorporeis vero nõ: q̄ habent menſuram: corpus vero non. ⁊ elemẽta corporum ſenſibilium ſunt corpora: ⁊ ex intelligibilibus non eſt menſura omnino.

¶Hec eſt tertia ratiocinatio apparens que facit dubitar̄ ineſſe locum. habet enim aliquis dicere ꝙ ſi locus ſit: aut eſt elemẽtum aut compoſitum ex elemento: ⁊ vtrũq̃ eſt corpus: ⁊ locus vniuerſaliter non eſt de natura corporea neq̃ de incorporea. de corporea vero nõ ē: q̄m aut erit corpus: aut elementum corporis: ſed non eſt corpus: q̄a tunc eſſent duo corpora in eodem loco: neq̃ elemẽtum corporis. nā elementum corporis eſt corpus: neq̃ eſt etiã de natura incorporea. Verbi gratia. intelligibilium. locus. n. vĩ habere q̃titatem ⁊ mẽſuram: ⁊ nihil qđ eſt de natura incorporea habet quãtitatem. ergo ſi locus eſt aliquid non eſt de natura corporea aut incorporea: quod ē impoſſibile. ⁊ per hoc qđ dixit ꝙ habet menſuram declarat ꝙ non ē de incorporeis. ¶Et in hoc ſermone eſt ordo prepoſterus ⁊ diminutio: ⁊ ſic debet legi: neq̃ de incorporeis. locus enim habet menſurã: ⁊ incorporea que ſunt intelligibilia non habent mẽſuram. corporeꝰ vero non eſt ẽt: q̄m aut eſt corpus aut elementum corporis: ⁊ non ē corpus: neq̃ elemẽtum corporis: q̄ elemẽtum corporis ē corpus. 10

Nihil qđ ē de nā incorporea habz q̃titatem.

¶Amplius autem ⁊ alicuius vtiq̃ aliquis ponet in his que ſunt cauſam eſſe locum: neq̃ enim cauſa ipſi vna ineſt de quattuor: neq̃ enim ſicut materia eorum que ſunt: neq̃ ex ipſa conſtitutum eſt: neq̃ ſicut ſpẽs ⁊ rõ eorꝫ erit: neq̃ ſicut finis: neq̃ mouet que ſunt.

¶Et etiam propter quid oportet ponere locum entibus. non enim eſt cauſa aliquo modo quattuor: quoniam non eſt quaſi materia entibus. nihil enim videmus conſtitui per illum: neq̃ eſt etiam quaſi forma ⁊ ratio rerum: neq̃ eſt complementum: neq̃ etiam motor qui mouet entia.

¶Hec etiam eſt quarta rõ que facit dubitare in loco. ¶Et dicit ẽt ſi locus ſit exiſtimatur eſſe aliqua cauſarꝫ entium: que igitur cauſa poteſt poni de quattuor cauſis. materia vero non: q̄m ex materia ē conſtitutio entium. ex loco vero nihil conſtituitur: ⁊ hoc intẽdebat cum dixit. nihil enim videmus conſtitui per ipſum. ſ. per locũ: neq̃ etiam eſt in entibus quaſi forma: q̄m ſi ita eſſet: tũc q̄ñ corpus mutatur de loco in locum corrũperetur: ⁊ ipſe poſt perfecte perſcrutabit̄ de hoc. ſ. ipſum eſſe materiam: aut formam. hoc enim exiſtimatum ē 11

e maxime materia: deinde autem ꝙ locus non est agēs manifestū est per se: ꝙ post declarabitur ꝙ est tanꝙ finis extrinseca in corporibus simplicibus: non in compositis. ¶ Et in te dit per hoc qd̄ dixit neqȝ etiam est complementum finis que est forma. s. in re. forme. n. in rebus generabilib⁹ quodāmodo sunt forme: quodāmodo fines ⁊ vt predictum est: ⁊ locus apparentie in hac ratione est: qm̄ locus non est de genere contingentium.

Forme in rebus gñabilib⁹ qdāmō sunt forme ⁊ qdāmō sūt fines. Jō. 2. ph. t. c. 70.

¶ Amplius aūt ⁊ ipse si est aliquid eoꝝ que sunt ⁊ alicubi est. Zenonis enim opinio querit quādam rōnem. si enim omne qd̄ est in loco est manifestum: qm̄ ⁊ loci locus erit: ⁊ hoc in infinitum procedet.

¶ Et etiam si est de entibus vbi est. questio enim Zenonis dat aliquam rationem. s. ꝙ oē ens est in loco manifestum est: qm̄ locus habebit locum: ⁊ sic in infinitum.

12 ¶ Ista est. q. quīta: ⁊ est questio Zenōis: ⁊ deceptio est in ea in duobus locis in maiori. s. ppositione dicente ꝙ omne existēs in aliq̄ ē in loco: aut ꝙ oē ens est in loco. scd̄a aūt ē dicēs ꝙ locus est in aliquo. ista enī est ppō equoca ⁊ dī multiplex: vt post dclarabit Arist. locus. n. est in aliquo ſm ꝙ accn̄s ē in ſbō: ⁊ res est in loco sicut aq̄ in vase: ⁊ iō anteꝙ perscrutetur de loco: pscrutādū est ſm quot modos dī aliqd esse in aliquo sicut facit Arist. post.

¶ Amplius si sicut omne corpus est in loco: sic ⁊ in oī loco corpus. qūo ergo dicemus de his que augmētantur. necesse enim simul ex his augmētari locum cum ipsis. Sed neqȝ maior neqȝ minor locus est vnicuiqȝ: p hoc quidem: ergo non solum quid est: sed etiam si ē: dubitare necesse est.

¶ Et etiam quemadmodum omne corpus est in loco: ita in omni loco est corpus. quid igitur dicemus in rebus que crescunt. sequitur enim vt locus augmētaret per suum augmētum. Si locus cuiuslibet nō est minus nec maius ipso: ex istis igitur opȝ dubitare in suo eē: nedum in sua quiditate.

13 ¶ Ista est ēt alia dubitatio: qm̄ sicut existimaṫ ꝙ oē corpus est in loco: ⁊ ꝙ nullū corpus est extra locū: ita existimaṫ ēt ꝙ locus nō ē extra corpus: ⁊ maxime vacuo negato: ⁊ cum in oī loco est corpus oīa loca sunt plena corporibus sibi equalibus: cū sit notum de loco ꝙ non est minus aut maius locato: ⁊ qꝛ multa corpora que sunt in loco crescunt: necesse est vt locus crescat cum cremēto eoꝝ. ex quo seqṫ locū eē corp⁹. Et seqṫ ēt vt totū augmēteṫ per augmētum vni⁹ corporis: ⁊ sic ꝯtingit vt corpora penetrenṫ. ⁊ cū numerauit illa ex quibus accidit questio de loco: dixit. ex istis igitur ⁊c.

¶ Capitulum in quo inquirit qd sit locus. Cap. 2.

Quoniam aūt aliud quidem ꝑm se: aliud vero ꝑm aliud dr̄. silr̄ ꝛ locus quidem alius cōmunis in quo omnia corpora sunt: alius vero ꝓprius in quo primo. Dico āt cōis: quoniam quasi tu nunc sis in celo: quia in aere. hic autem in celo ꝛ in aere: quia est in terra. Silr̄ aūt ꝛ in hac: qꝛ in hoc loco qui continet nihil plusq̄ꝫ te. Si igitur ē locus primum continens vnūquodqꝫ corpus terminus quidam vtiqꝫ erit: quare vr̄ forma ꝛ spēs vniuscuiusqꝫ locꝰ esse: quo determiatur magnitudo ꝛ mā magnitudis: hic. n. ē vniuscuiusqꝫ terminꝰ.

Locus aliꝰ cōis aliꝰ ꝓprius.

¶ Et qꝛ quedam dicuntur per se: ꝛ quedam alio mō: ꝛ locus etiam alius ē cōmunis: ꝛ ē ille in quo sunt omnia corpora: ꝛ alius proprius: ꝛ ē ille in quo primitus ē res. Verbi gratia. qm̄ te esse in celo ē: quia es in aer̄: ꝛ es in celo ꝛ aere: quia es in terra: ꝛ ꝑm hunc moduꝫ es in terra: quia es in tali loco eius qui continet te ꝛ circūdat te solum non maiꝰ. Si igitur locus ē primuꝫ continēs: ꝛ omne corpus ꝑm ꝙ ē vltimum existimaꝛ ꝓp hoc ꝙ locus ē forma ꝛ creatio exn̄s in qualibet re: ꝑ quam determinatur sua mēsura ꝛ materia sue mēsur. ista enim ē finis vtriusqꝫ eorum.

Intendit adiuuare opinionem dicentem locum esse formam ꝛ creationem ꝛ firmare ipsam: ꝛ similr̄ opinionem 14
dicentem ipsum esse materiam: ꝛ fecit hoc: quia intendit contradicere duabus opinionibus perfecte: ꝛ maxime dicenti ꝙ mā est locꝰ. existimaꝛ. n. Platonem intendere hoc. ¶ Et dixit: ꝛ quia quedam dr̄ per se ꝛc. i. quia quedam dicuntur ꝑmo: ꝛ quedam secūdo. i. qꝛ quedam attribuuntur rei ꝑmitus: ꝛ quedam scdo. s. ꝓp ꝑmuꝫ ꝛ hoc intendebat cum dixit ꝑ se ꝛ alio modo: ꝛ ista est dispō loci: quoniā alius est cōis ꝛ alius ꝓprius. non enī corpus attribuiꝛ loco cōi nisi ꝓp hoc qđ attribuiꝛ ꝓprio. ¶ Verbi grā qm̄ dicere sor. esse in mūdo. est qꝛ est in aere q est pars mundi: ꝛ dr̄ ipm̄ esse in aere: qꝛ est in suo ꝯcauo ꝯtinente ipm̄ absqꝫ eo ꝙ sit maius aut minus ipo: ꝛ cum hoc fundamentū fuerit positum. s. ꝙ locus est vltimum rei sibi eq̄le existimaꝛ ꝙ locus est forma: qm̄ forma est vltimum rei quam ꝯtinet ꝛ terminat mām eius ꝛc. ¶ Et deceptio in hoc ꝑmōe est duplex: qm̄ finis dr̄ de loco ꝛ forma equiuoce: ꝛ etiā argumentatio est de duabus affirmatiuis in secunda figura.

Forma ē vltimū rei quā ꝯtinet ꝛ terminat māꝫ eiꝰ. Jđ. 2. d gñatōe. t.c. 50. Jdē. h. cō. sequēti. t.c. 35. Jdē 3. phy. 59. ꝛ que ibi.

¶ Sic ergo cõsiderãtibus locus vniuscuiusq; species est: ſm aũt ꝙ videt locus esse distãtia magnitudinis: materia hec nãq; altera est magnitudine. hec aũt contenta est sub specie ⁊ diffinita sicut sub plano ⁊ termino. est aũt hmõi materia ⁊ infinitũ. cum aũt remoueãtur terminus ⁊ passiones/⁊ species relinquit nihil ꝑter materiã. vnde ⁊ Plato ⁊ locũ ⁊ materiã idẽ dicit eẽ in Timeo: receptiuũ. n. ⁊ locũ vnũ ⁊ idẽ. alio vero modo ibidem dicens receptiuum: ⁊ in dictis nõ scriptis dogmatibus locũ ⁊ receptaculum idem retulit.

non: nihil minus. Amplius cum nō diuisum sit: sicut
pars in toto dicitur: sicut in oculo visus: & in corpe ma/
nus: cum aūt diuisum est: vt in cado aqua: & in cypho
vinuȝ: man⁹ enim cum corpe moueṫ: aqua aūt in cado.
¶ Cum igiṫ cōtinens nō fuerit diuisum: sȝ cōtinuuȝ:
nō dicemus ꝙ illud est in eo: sicut aliquid est in loco:
sed sicut pars in toto: & cum fuerit diuisum: sed conti/
nens: tunc est in vltimo ꝯtinētis: sicut aliqd est in p:i/
mo loco: & hoc nō est pars illius ī quo est qđ est in eo:
neqȝ maius: sed equale: qm̄ vltima contingentia sunt
in eadē dispōne: & cum fuerit cōtinuū: tūc motus eius
nō erit in eo: sed cū eo: cuȝ fuerit diuisum mouetur in
eo: & nō mouetur cum eo: nisi ꝯtinens moueaṫ: qđ nō
dicunt: & si non mouetur: & etiā cuȝ fuerit diuisum di/
cetur ipsum esse quasi pars in toto. V.g. qm̄ visus est
in oculo & manus in corpore: cum fuerit diuisum erit
sicut aqua in cypho: & vinuȝ in dolio: manus enim mo
uetur cum corpore: & aqua in cypho.
¶ Cum declarauit ꝙ locus impossibile est/ vt sit finis cōis locato &
34 alij: qm̄ locus est equalis: & finis cōis nō est equalis: incepit decla/
rare etiā ꝙ iste finis qui existimaṫ esse locus. s. cōtinens & equalis:
nō est forma: neqȝ aliqđ cōtinuū cuȝ illo qđ est in eo: sicut est dispo/
sitio in parte cuȝ toto: & intēdebat distinguere p hoc inter locatum
esse in corpore qđ est: vbi eius: & inter partem esse in toto: ex hoc ꝙ
p:ius posuit: qm aliquid esse in loco est sicut aquam esse in vase.
¶ Et dixit: cuȝ igiṫ cōtinens &c. i. & cuȝ posuerimus ꝙ locus est cōti
nens. & continens est duobus modis: aut continuum cum locato:
aut diuisum ab eo: sed cōtinens cum posuerimus ꝙ locus est conti/
nens cōtinuū. V.g. superficies corpis tunc illud corpus non erit in
illo cōtinēti sicut aqua in vase: & si sit verum: tunc ipm esse equale
sed est quasi pars in toto: & iam diximus ꝙ locus nō est talis: & cuȝ
ꝯtinens fuerit diuisum & cōtingēs: tunc dicetur ꝙ locatum est sicut
Continens aqua in vase: & ꝙ est equale. Cōtinēs igiṫ diciṫ de tribus de fine cō
di de trib⁹. tingenti: & de nō cōtingēti. & de forma: & equalitas falliṫ in fine nō
cōtingenti: & est vera de cōtingēti: & dicere aliquid esse in loco sicut
aqua in vase: est verum de fine contingēti: & non contingenti: & fal/
litur in forma: & facit differentiā inter locatum esse in corpore qđ est
suum vbi: & inter partē esse in toto: ergo id de quo vere dicitur ista

tria principia est finis contingens: et continens fallitur de inani: quod est inter superficies vasis cõtingentes aquã: quod imaginatur esse locus apud dicentes vacuũ esse: ergo hec tria ppria nõ vere dicũtur nisi de fine cõtinẽti. ¶ Et forte illud quod cõgregatur ex eis est ppriũ fini cõtingenti: et cõvertitur de illo: ita quod cõclusio sit talis: locus est cõtinẽs et eq̃lis: et res est in eo sicut aq̃ in cypho: et quod hz istas tres dispõnes est finis cõtingens: ergo locus est finis cõtingẽs: et ideo dixit post.

¶ Capitulum in quo investigat et assignat loci diffinitionem per genus et differentiam. Cap. 5.

Iam igitur manifestũ ex his quid est locus: forte autem quattuor sunt quorum necesse ẽ vnũ locũ aliquod esse: aut.n. materia est: aut forma: aut spaciũ aliquod mediũ in medio extremorum: aut extrema: si nõ est vllũ spaciũ extra facti corporis magnitudinẽ: horũ autem quod nõ cõtingat tria eẽ manifestũ est: sed ppter id quod cõtinet videtur forma eẽ: in eodẽ.n. sunt extrema cõtinẽtis et cõtẽti: sunt quidẽ.n. vtraque termini: sed nõ eiusdẽ: sed spẽs quidẽ rei: locus autem cõtinẽtis corporis. In eodem sunt extrẽa cõtinentis et contenti.

¶ Apparet igitur ex hoc: quid sit locus. sunt.n. quattuor: quorum locus dignus est vt sit aliquis eorum: est.n. aut forma aut materia: aut aliqua dimẽsio inter fines: aut finis: si nulla est dimẽsio preter dimẽsiones corporis quod est in re: et manifestũ est quod impossibile est vt locus sit aliquod istorum triũ: sed ppter cõtinentiã videtur esse forma: fines enim cõtinẽtes et cõtenti sunt insimul: dicamus igitur quoniam sunt ambe fines sed nõ fines eiusdẽ: sed forma est finis eius quod continetur: locus vero est finis corporis continentis.

Dicit. Apparet igitur ex predictis et ex hoc quod dicã quid sit locus. locus enim si est necesse vt sit vnum quattuor.s. aut 35 materia: aut forma: aut inane: aut dimẽsio que est inter superficies vasis: et hoc intẽdebat cum dixit; aut dimẽsio inter fines.i. inter superficies cõtinentes locatũ. aut vt locus sit ipse superficies continẽtes. D.d. si nulla fuerit dimensio etc.i. si non fuerint hic dimẽsiões tres separate.i. existẽtes per se preter dimensiones corporis locati: dicentes enim locũ esse vacuũ dicunt tres dimẽsiones esse nõ in subiecto in quibus subijciuntur dimẽsiões corporis. ¶ D.d. et manifestũ est etc. et intẽdit per tria: formã: et mãm: et dimẽsiões que dicũtur vacuũ: et ipse intẽdit declarare ẽt cũ destructiõe vniuscuiusque istorum triũ silitudinem inter vnũquodque eorum: et locum: et vnũquodque nõ existimatur locum esse: et incepit dare cãm ex qua existimatur quod locus est forma: et dixit: sed ppter cõtinentiã etc.i. sed pp hoc quod locus existimatur continere: et

forma existimatur cōtinere et.s.superficies corporis locati: quia dicitur in diffinitiōe corporis quod est illud quod continetur ab vna superficie, aut superficiebus. ¶ Deinde incepit dare differētiam inter hunc finē: et finem qui est locus. et dixit. dicamus igitur etc. i. quoniam superficies corporis continētis et superficies corporis cōtenti licet conueniāt quod sunt finis et superficies et continēs: tamen non sunt finis eiusdem: quoniam forma est finis corporis et eius terminus: locus autem est finis corporis cōtinētis corpus habens formam.

Cōtinens loci et forme differunt.

¶ Sed ex eo quod mutatur multotiens manēte continēte contētum et diuisum: vt ex vase aqua ipsum medium esse aliquod videtur spacium: tanquam aliquid sit preter corpus quod distat: hoc autem non est: sed cōtingens incidit corpus eorum que distant: et que se tangere apta nata sunt.

¶ Et propter hoc quod contētum diuisum multotiēs cōtinente mutatur permanēte. V.g. aqua in vase: existimatur quod est aliqua dimensio inter fines: et quod est aliquid preter corpus quod trāsfertur: et nihil est huiusmodi tale: sed cadit in ipsum quodlibet corpus quodcunque corpus sit corporum que transferuntur: et nihil est hic tale: et innata sunt tangi.

36 ¶ Cum declarauit quod locus nō est forma: neque materia et dedit similitudines ex qua apparet quod locus est forma: et dissoluit illam: incepit dare similitudinē ex qua apparet et quod locus est dimēsio que est inter superficies corporis cōtinētis extranei. V.g. dimēsio que est inter superficies vasis. ista enim est opinio magis apparēs: quoniam primum notum est quod aliquid esse in loco est sicut aquā in cypho. sed vtrum locus sit superficies cyphi: aut inane quod intelligitur inter superficies cyphi habet perscrutationē. videtur enim quod significatio vulgaris huius propositionis. in. quoniam dicunt aliud esse in loco est circa vacuum: quod vulgus intelligit in vase. et si fuerit demonstratum quod nihil est vacuum: tunc locus necessario erit cōtinēs extraneum: sed quia vulgus nō percepit hoc nō posuit hanc significationē huius propositionis. in. et ideo ista opinio est valde apparens. Incepit igitur declarare similitudinē sicut diximus: que fecit homines credere locum esse vacuum. s. tres dimēsiones que intelliguntur in vase extra formam. ¶ Et dixit. et quia cōtentum etc. i. et quia corpus quod continet finis continens qui est locus in rei veritate transfertur quandoque fine manēte nō trāsmutabili in quibusdam rebus per translationē corporis: vt accidit aque quando transfertur a cypho. s. quando superficies cyphi permanet sicut erat quando aqua erat in eo: et existimatur quod locus est tale. s. quod nō transfertur per trāslationem locati: ideo existimatur quod locus est vacuum: et dimēsio que est inter superficies corporis cōtinētis locatum. et adiuuat et hanc existimatiōem hoc quod quando aer exit a vase nullum corpus remanet inter superficies vasis: sicut dicit Arist. post. ¶ Deinde incepit cōtradicere huic opinioni. et dixit. et nihil est hic tale etc. i. et nō sunt hic dimēsiones separate in vase que remanēt vacue postquam corpus separatur ab eis. sed cum aliquod corpus separatur a vase statim cadit in ipsum aliquod corpus quodcunque

sit aut

ſit aut aer aut aqua:ꝛ nõ eſt hic corpus qđ ſeparat̃ a corpore:itaꝙ inter illa ſit nõ corpus:ſed oīa corpora tangũt ſe:ꝛ nõ diuiduntur abinuicẽ.ꝛ hoc apparet de Cantaplora:ꝛ de alijs qđ dixit.¶ Et dicit ꝙ ſi eſſent hic dimẽſiones in quas caderet corpus locatũ cõtingeret vt quilibet locus eſſet locus cuiuſlibet corpis.ꝛ ſic ignis non eſſet ꝓpriuz ſuperiori.ꝛ terra inferiori.¶ Et cã in hoc eſt:qm̃ a in dimenſionib⁹ abſtractis ꝛ vacuo nõ ſunt differẽtie quib⁹ diuerſantur:ſed nã earuz eſt cõſimilis:fines b aũt corpoꝝ diuerſant̃ ſm diuerſitatẽ nãruz corpoꝝ:ꝛ in eis inuenit̃ ſuperi⁹ ꝛ inferius: c ꝛ oīa corpora mouentur ad ſua vltima propria vt perficiantur per illa:ꝛ vt tangant illa.

¶ Si aũt aliqđ eẽt ſpaciũ aptuz natũ:ꝛ manẽs in ipſo infiniti vtiqꝫ eẽnt loci:diſtante.n.aere ꝛ aqua idem faciẽt ptes oẽs in toto: qđ nũc oīs aqua in vaſe:ſil' autẽ ꝛ locus erit mutandus:quare erit loci ali⁹ loc⁹:ꝛ multi loci ſimul erunt:nõ eſt aũt alius locus ptis: in quo mouetur cũ totũ vas trãſmutat̃:ſed idẽ:in quo.n.eſt mutatur aer ꝛ aqua:aut ptes aq̃: ſed nõ in quo fiunt loco: qui pars eſt loci:qui eſt locus totius celi.

¶ Et ſi eẽt aliq̃ dimẽſio nãta pmanẽs in eadẽ diſpõne: tũc loca eẽnt infinita: aqua.n.ꝛ aer qñ trãfferunt ptes faciunt in toto:ꝙ aqua tota facit in vaſe:ꝛ cuz hoc loc⁹ erit trãſlatũ.ꝛ ſic locus ẽt habebit aliuz locum:ꝛ erunt multa loca ſimil':ꝛ loc⁹ ptis in quo mouet̃ qñ trãnffert̃ totuz vas nõ eſt alius loc⁹:ſed idẽ:loc⁹.n.in quo ẽ aer ꝛ aqua:ꝛ ptes aque eſt ille q trãffert̃: nõ q: veniũt in illuz locũ:q eſt ps in loco:q: eſt loc⁹ ex toto celo.

¶ Iſte ſunt alie rõnes:ex quib⁹ declarat ꝙ impoſſibile eſt dimenſiones eſſe ſeparatas per ſe extra materiã ꝛ formã ꝛ omnia accidentia:ſicut exiſtimant dicentes vacuũ eſſe. 37 ¶ Et dixit.ꝛ ſi eſſet hic dimenſio naturata.i.exiſtẽs per ſe extra ſubiectũ.i.ſi tres dimenſiones quibus corpus diffinit̃ exiſtunt per ſe ſine ſubiecto. Deinde.d. permanẽs in eadez diſpoſitiõe.i.nõ trãſmutabilis neqꝫ tranſlatabilis ſm ꝙ exiſtimãt opinãtes hoc.Deinde.d.tunc loca eſſent infinita ꝛc̃.i.qm̃ ſi locus eſſet dimenſiões abſtracte a materia: in quibus dimẽſiones corporis ſubijcient cõtingeret loca eſſe infinita:cõtinget enim vt totuz corpus locatũ: ꝛ partes eius ſint in loco eſſentialiter:qm̃ ſi locus ſit tres dimenſiones:in quib⁹ ſubijciunt̃ dimẽſiones corporis: ꝛ corpus:ꝛ quelibet pars eius hꝫ tres dimenſiones:neceſſe eſt vt ſubiectio totius in loco ſit admodũ ſubiectionis partis:adeoꝙ qñ aer:aut aqua intrat in vas:ſubijcient̃ ſm tres dimenſiones in trib⁹ dimenſionib⁹ vaſis.ſ.que ſunt inane: ꝛ ſil'r contingit vt medietas aque ſm tres ſuas dimẽſiones ſubijciat̃ in trib⁹.

a In dimẽſionib⁹ abſtractiſ ꝛ vacuo nõ ſũ dñe qb⁹ diuerſant̃.Sꝫ nã earũ eſt ꝯſilis. Idẽ.1.cõ.42.

b Fines cõ poꝝ diuerſant̃ ſm diuerſitatem nãrũ corporũ.Idez ꝑ ca.ð ſba orbis.ꝑ celi.72.3.celi.6.ꝛ.72.

c Oīa corpa mouent̃ ad ſua vltima ꝓpa vt pficiant̃ per illa:ꝛ vt tãgant illa. Idẽ ꝑ celi.cõ.ꝛ te.24. Idẽ ĩfra cõmen.42.43.ꝛ.48.ꝛ cõ.69.

dimensionib⁹ que sunt medietas dimēsionū p̄mi loci:⁊ sic de me/
dietate medietatis:⁊ sic p̄cedit in infinitū:ex quo cōtingit loca eē
infinita:cū hoc ꝙ cōtingit ꝙ dimēsiones ptis subijciunt:ēt in di/
mensionib⁹ in quibus totū subijcit:⁊ sic erunt dimēsiones in dimē
sionibus in infinitū.pars.n.indiget dimēsionib⁹ per se:in quibus
existat sicut totū existit ⁊ differt a toto:dimensiones ptis que sunt
suuz vbi:i indigēt existere in dimensionib⁹ toti⁹ que sunt suū vbi:⁊
ita ꝙ sint diuerse a dimēsionib⁹ totius.¶ Et hoc intēdebat cū di/
xit:partes.n.⁊c̄.i.qm̄ quēadmoduz fm totū aqua que est in vase:
indiget dimēsionib⁹:in quib⁹ subijciat:ita partes aque indigēt di
mensionib⁹:in quib⁹ subijciant:que differūt a dimēsionib⁹ totius:
qm̄ si dimensiones ptis in quib⁹ subijcit essent ptes dimensionū:in
quib⁹ totum subijcit:tunc pars nō eēt in loco per se:neqꝫ totum ēt:
totum.n.etiā est pars toti⁹ corporis cōtinētis:⁊ illud corp⁹ alteri⁹
corporis cōtinētis:ita ꝙ sit pars toti⁹ mundi:⁊ ꝯtinget in dimen/
sionib⁹:in quib⁹ subijcitur totum:vt indigeāt dimēsionib⁹:in qui/
bus subijciant:⁊ ille dimēsiones alijs dimēsionib⁹:⁊ sic in īfinitū.
¶ Deinde induxit ēt aliud impossibile:⁊ dixit:⁊ cū hoc erit trans/
2 latuz ⁊c̄.i.⁊ cū posuerim⁹ dimēsiones esse separatas:in quibus subij/
ciuntur dimēsiones corporis:ꝯtinget/vt locus moueat essentialr̄ ⁊
indigeat loco:qm̄ cum vas transfert de loco in locuz:⁊ in eo fuerit
aq̄:aut aer:cōtinget necesse sic̄ vas fm totū mutat locū:vt dimen/
siones:in quib⁹ est aqua in vase mutēt locuz:⁊ sic locus indiget lo
co:⁊ cū trāsfert ad aliū locū:fiēt i eo alie dimēsiōes p̄manētes i va
se q̄ mouent p motuz ei⁹.⁊ sic cōtingit vt in vase sint loca infinita:
q: crescunt in vase per motuz:⁊ totum remanet:q: aqua remanet:⁊
similr̄ cōtingit ēt in partib⁹ aque.¶ Et hoc intēdebat cum dixit:
⁊ locus partis in quo mouet qn̄ transfert totuz vas nō est alius lo/
cus.⁊ similr̄ ptes loci:⁊ cōtinget vt cū eo transferant dimēsiones:
in quib⁹ subijciant aqua:⁊ ptes aque in vase:⁊ cū trāsfert cōtinget
vt dimēsiones que sunt in vase:subijciant in dimēsiones:ad quas
trāsfert vas:⁊ sic locus mouebit p se:⁊ erūt multa loca insimul.D.
d.locus.n.in quo est aer ⁊c̄.i.dicimus.n.fm nr̄am sniam ꝙ vas in
quo est aer:aut aqua:aut ptes aque:est illud qd̄ transfert p se:⁊ aq̄
existit in vno loco q est vas:nō q: aqua:aut ptes ei⁹ trāsferunt p se:
per trāslationē vasis ita ꝙ sint in loco qui est ps loci:ad quē trāsfer
tur totuz vas:q est pars loci totius mūdi.¶ Et hic sunt multa im/
possibilia manifestiora istis que sequunt ex pōne dimēsionū separa
tarum:que post dicet Aristo.qn̄ loquet de vacuo:sed ista impolia
que h̄ dixit:sequūtur ex positiōe dimēsionis sepate:nō fm ꝙ est di
mēsio separata:sed fm ꝙ ponit loc⁹.¶ Et Alex.dicit in hoc caplo qd̄
P:ia expō Alexádri. est valde difficile:⁊ exponit ipsuz duab⁹ expōnib⁹.dixit.n.ꝙ cū di
xit Arist.aqua.n.⁊ aer qn̄ trāsferunt ⁊c̄.forte intēdit:qm̄ si loc⁹ eēt
dimensio:cōtingeret vt ptes aque qn̄ aq̄ transfert/agerent illud qd̄
agit aq̄ que est in vase qn̄ vas transfert.i.qm̄ dimēsiones in quib⁹
ptes subijciunt debēt trāsferri cū ipsis partib⁹ sicut cōtingit si aq̄
eēt in vase in dimēsione:vt dimēsio in qua est trāsferat cū vase:⁊ di
cit ꝙ silitudo inter hec duo q̄ fecit ꝯsecutionē est:qm̄ vtrūqꝫ est ps
totius:⁊ ps nō mouet p se.s.qm̄ aq̄ que est in vase est ps cōgregati

sicut ps aque trãslate est ps totius aque: ⁊ cũ illud qd contingit in vtraq; est idez: ⁊ vas qñ transfertur ⁊ aqua existit in eo transfert cũz eo dimẽsio: in qua est aqua: ⁊ cõtingit vt subijciat in alia dimẽsione. ita est de oĩbus partibus cuiuslibet moti: ⁊ cuz ita sit: quodcũq; corpus transfert: necesse est vt per translationẽ eius transferant dimensiones partiũ eius: ⁊ subijciant in dimẽsionib⁹ loci ad quem transferunt: ⁊ sic in illo loco cõgregant due dimẽsiones vni parti. ⁊ similr de alijs partib⁹: ⁊ deinde qñ scõa transfert: transferunt cum vnaquaq; parte due dimẽsiones: ⁊ subijcient in tertia dimensione: ⁊ sic vna pars in secũda trãslatiõe. s. in scõo loco habebit dimensiones tres. ⁊ sic quãto magis corpus mouebit in loco: tãto magis habebit dimẽsiones: ⁊ sic vna pars habebit dimẽsiones infinitas insimul. ¶ Secũda expositio est: ⁊ est manifestior: vt dixit: ⁊ est vt cõtradictio fit de partibus corporis qd est in vase tantũ: hoc enim manifestuz. s. ꝙ si locus fit dimẽsio ꝙ necesse est cuz aqua que est in vase: per translationẽ vasis transferat dimensio que est in ipso: ex quo sequitur: vt aqua que est in vase habeat loca infinita; ⁊ hoc sic dixit est manifestius. s. aquã quiescere eẽntialiter in vase ⁊ moueri per accidẽs ꝙ partes eẽ in toto hoc mõ: ⁊ etiã prima rõcinatio nõ sequitur nisi postꝙ ponit partes moueri per accñs: ⁊ forte hoc non concedet nisi post cõcessionẽ eius ꝙ est locus esse cõtinẽs: qui vero ponit dimẽsionẽ que est inter superficies cõtinẽtis esse locuz: opinat partes esse in loco essentialiter. ¶ Et ideo videt ꝙ nostra expositio est rectior: q: est fundata super hoc ꝙ partes sunt in loco essentialiter: ⁊ hoc sequitur ex sermone eorum: ⁊ impossibile ad qd inducitur: ⁊ est etiam manifestuz. s. ꝙ vnum translatuz transfertur in locis infinitis. ⁊ sm hanc expositionez induxit aquã in vase: vt appareat ꝙ contingit eis ꝙ pars dz esse in loco essentialr: sicut aqua in vase est in loco essentialiter.

Scõa expõ eiusdem.

Laudat expositionem ppriam.

¶ Et mã autẽ vr vtiq; esse locus: si in quiescẽte aliqs cõcederet ⁊ separato: sed cõtinuato: sicut. n. si alteret hoc quidẽ vtiq; nunc albũ est: olim aũt nigruz: ⁊ nunc quidez durũ: olim aũt molle: vñ dicimus aliqd eẽ materiã: ⁊ sic ⁊ locus p hanc quãdam videt eẽ phantasiã: pp id quidem: qm ꝙ erat aer: nunc hic aqua est: locus aũt q: vbi erat aer: nũc hic ẽ aqua. ¶ Sed mã qdẽ/sicut dictũ est in priorib⁹/neq; diuisa est a re: neq; continet rem: locus autem vtrũq;.

Mã neq; diuisa est a re: neq; cõtinet rem.

¶ Et existimat ꝙ mã etiam est locus: qñ consideratio fuerit posita sm hoc ꝙ in quiescente est aliqd transmutabile/absq; eo qd separatur: sed remanet cõtinuuz: vt in vase sit aqua: ⁊ nõ mouetur vas: ⁊ trãsmutat aqua: ⁊ nõ est separata a vase: sed ɔtinua cũ eo: ⁊ fiet aer absq;

eo q̃ꝺ ſeparatur: ſed remanente cõtinuo: ⁊ queadmo/
dum in alteratiõe eſt aliquid: qꝺ nũc eſt albũ: ⁊ prius
fuit nigrũ: ⁊ etiam qꝺ nunc eſt ꝺurũ: ⁊ prius fuit mol/
le: ex quo ꝺicimus materiã eſſe aliquid: ſiꝯ exiſtima/
mus locũ eſſe hoc modo imaginatõis: ſꝫ illa exiſtimã
mus ꝑpter hoc qꝺ illud qꝺ fuit aer: eſt nũc aqua: locũ
vero exiſtimamus eẽ: qꝛ vbi fuit aer: illic nunc eſt aq̃.
❡ Et mã ſicut ꝺiximus ſuperius non eſt ſeparata a re:
neqꝫ cõtinens ipſam: in loco vero eſt vtrũqꝫ.

38 ❡ Cũ poſuit ꝙ locus vĩ aliqꝺ q̃ttuor: ⁊ ꝙ nõ eſt aliqꝺ triũ. ſ. forã aut
mã: aut ꝺimẽſio inter vltima corporis cõtinẽtis: ⁊ ꝺedit ſilitudines
que faciũt exiſtimare vnũqꝺqꝫ eoꝝ: ⁊ ꝑmo ꝺedit ſilitudinem q̃ facit
exiſtimare locũ eſſe formã: ⁊ q̃ facit exiſtimare locũ eſſe vacuũ: ince/
pit etiã ꝺare ſilitudinẽ que facit exiſtimare ipſum eſſe materiã.

2 ❡ Et ꝺixit: ⁊ exiſtimat̃ materiaꝫ eſſe locum. i. ⁊ ſilitudo que eſt inter
motũ trãſlationis ⁊ motũ trãſmutationis que eſt generatio ⁊ cor/
ruptio eſt: qm̃ vtrũqꝫ indiget aliquo in quo ſit trãſmutatio: ⁊ ideo
exiſtimatur ꝙ illud in quo eſt trãſmutatio ſm̃ generationẽ ⁊ corru
ptionẽ qꝺ eſt materia ſit ſubiectuꝫ trãſlationis. ſ. locus: ⁊ hoc exiſti/
matur qñ aliqꝺ corpus trãſmutat̃ in aliud in vbi quieſcente abſqꝫ
eo ꝙ ſeparatur ab eo: ſed remanet cõtinuum cum illo vbi: vt aqua
que in cypho que tranſmutatur in aereꝫ abſqꝫ eo ꝙ vas moueatur:
⁊ abſqꝫ eo ꝙ aqua ꝺiuidat̃ a vaſe: qm̃ ſubiectum iſtius tranſmuta/
tionis eſt inſimul cuꝫ vaſe: facit exiſtimare ipſum eſſe locũ. ❡ D. ꝺ.
⁊ queadmodum in alteratione ⁊c. i. ⁊ illud qꝺ mouit nos ad credẽ
dum materiam eſſe: ⁊ locum eſſe: eſt conſimile. illud enim qꝺ mouit
nos ad credendũ materiam eſſe eſt ſubiectũ eſſe in alteratione: qm̃
queadmodum in alteratione: aliqꝺ eſt ſuper qꝺ ſuccedunt ſibi ꝺuo
contraria. V. g. albedo ⁊ nigredo ⁊ ꝺuricies ⁊ mollicies: ita ꝙ in
aliqua hora eſt album: ⁊ in alia nigruꝫ: ⁊ ſimiliter in trãſmutatione
que eſt in ſubſtantia: ⁊ eſt aliqꝺ ſubiectũ: vt in trãſmutatione aque
in aerem: ⁊ aeris in ignem. ⁊ ſimiliter exiſtimauimus per motũ trã
ſlationis locũ eſſe: locus eniꝫ ita ſe hꝫ in motu trãſlationis ſicut ma
teria in motu ſm̃ ſubſtantiã: ⁊ ſubiectũ in alteratione. ⁊ hoc intẽde
bat cũ ꝺixit: ita exiſtimauimus locũ eſſe ⁊c.

a Trãſmutatio ĩ ſb̃a fecit nos cogſcere mãꝫ. Idẽ ꝑ phi. 63. ꝑ ca. ꝺe ſb̃a orb. 8. meta. 4. ⁊ 12. c. 12. me. 10. ꝑ ce. 20.

b Trãſmutatio ĩ loco fecit cogſcere locũ. idẽ ẽ. t. c. 3. ⁊ 8 meta. c. 12. Idẽ h. ĩ. t. cõ. 61. ⁊ ſup̃ t. c. 32.

3 ❡ Et cũ ꝺedit ſilitudinẽ inter cãm facientẽ opinari locũ eẽ mãm ꝺe/
dit ꝺr̃iam: ⁊ ꝺixit: ſed illam ⁊c. ideſt ⁊ eſt ꝺifferẽtia inter has ꝺuas
tranſmutationes: qm̃ tranſmutatio que induxit nos ad credenduꝫ
materiã eſſe: eſt tranſmutatio a que eſt in ſb̃a: trãſmutatio aũt
que induxit nos ad credendũ locũ eẽ eſt trãſmutatio in loco. b ⁊
hoc intẽdebat cũ ꝺixit. qm̃ illꝺ qꝺ fuit aer eſt mã aque. ideſt qꝛ trã/
mutatur ⁊ tranſfert̃ ꝺe forma aeris in formaꝫ aque. ❡ Deinde ꝺixit
ſignum ꝺeclarationis ꝙ mã eſt aliud a loco: ⁊ eſt qm̃ mã c nõ ſe/
paratur a re: neqꝫ continet ipſaꝫ: locus vero ſeparat̃ ⁊ cõtinet. ergo
in ſecunda figura/ locus non eſt materia.

c Mã non ſepat̃ a re neqꝫ ꝯtinet ipãꝫ. Iꝺ. 3. phy. 65. ⁊ q̃ ibi. Ideꝫ ꝑ ꝺe aĩa. c. 90

¶Si igit nihil triū est locus: neqȝ spēs: neqȝ materia: neqȝ spacium aliqḋ: sed semper est alterū preter id qḋ rei distantia: necesse est locū esse reliquū de quattuor: cōtinentis terminū corporis: dico aūt cōtentū corpus qḋ mouetur ſm loci mutationem.

¶Et cum locus non sit forma: neqȝ materia neqȝ dimensio: quoniā si fuerit dimēsio cōtinget: vt sit hec alia dimensio a dimensione rei translate: sequit vt locus sit residuū. iiij. qḋ est vltimū corporis cōtinentis: scilicet qḋ continet corpus contentum: qḋ innatum est moueri motu translationis. Loc⁹ ē vltimū cōtinētis corpis.

39 ¶Cum posuit hic q̄ttuor quasi contradictoria nālr: ⁊ destruxit tria eoꝝ: dixit. ¶Cū igit locus ⁊c. idest qm̄ si locus fuerit dimensio que est inter superficies vasis necesse est vt sint hic dimēsiones separate alie a dimēsionibus corporis trāslati qḋ subijcitur in loco: qḋ est impolē: cōtinget em̄ ex hoc vt sint dimensiones separate: ⁊ alia impossibilia que dicent apud sermonē in destructione vacui. ¶Et iste sermo est hypotheticus diuisiuus. sed illa que ponunt ieo nō sunt cōtradictoria sibi naturaliter: ⁊ ideo existimat esse ꝓbabile. ⁊ ꝙ non vtitur ipso nisi ad confirmandum demonstrationem super quaȝ sustentatus est: que est congregatio illorum existentiū in loco in continente: ⁊ qui conuertuntur adinuicem. Quō syllo hypothetico vti possum⁹ ad cōfirmādū. Uide. 2 phyſi. cō. 3. ⁊ ꝑ porū in digressione ꝓpa de sillo hypotheti co.

¶Uidetur aūt aliquid magnum esse: ⁊ difficile accipi quidem locum: ⁊ ꝓpter id qḋ apparet esse materia ⁊ forma: ⁊ ꝓpter id quod in quiescenti ⁊ continenti fit trāsmutatio eius qḋ fertur: contingere autem videtur esse spacium medium aliqḋ aliud a motis magnitudinibus: proficit aūt ⁊ aliquid aer apparēs incorporeus esse: videtur aūt non solum terminus vasis esse locus: sed ⁊ medium tanqȝ vacuum.

¶Et existimat ꝙ cōprehendere locū est maximum ⁊ difficile: ⁊ hoc qḋ apparet in eo de materia ⁊ forma: ⁊ q: trāslatio translati est in ꝯtinente: ⁊ ipsum est quiescens: vn̄ ⁊ apparet hic esse aliā dimēsionē aliquā aliā a dimēsione quātitatū mobiliuȝ: ⁊ adiuuat hoc aliquātulū aer qui apparet esse non corpus: ⁊ ideo facit apparere ꝙ locus nō tantum est vltimū vasis: sed cum hoc illud quod est in medio ita ꝙ sit vacuum.

40 Sup.1.c.31 ¶ Cum promisit dare diffinitionē de loco: ex quo appareat natura loci: & per quā dissoluant̄ qōnes accñtes in eo: & apparet cā difficultatis in cognitione substantie eius: & ꝑm quā ɔ̄ueniat omnibus exñtibus in loco: & iam apparuit ꝙ ꝑmū ɔ̄tinens est illud per qđ ɔ̄uenit oībus exñtibus in loco per se: & declarauit similitudinē que est inter cōtinēs & mām & formā: & similitudinē ex qua existimatur locum esse materiā: incepit declarare ꝙ ista similitudo que est inter continens & ista/est causa difficultatis & cognitionis loci.

2 ¶ Et dixit. & existimatur &c. idest ꝑpter similitudinem quam diximus esse inter ipsum & materiam & formam: & propter hoc etiam ꝙ quedam corpora translata transferantur in continente quiescente vt aqua in cypho quiescente: & ideo existimatur ħ esse dimensiones separatas inter superficies cyphi: & ꝙ ille dimensiones sunt locus. s. longitudo & latitudo & profundum que imaginantur illic: quoniā si superficies vasis corrumperentur apud exitum aque non facerēt apparere ꝙ inter superficies eius esset inane: & ideo non existimat̄ hoc in columna que transfertur in aqua de loco in locum.

3 ¶ Deinde dedit aliā causam quam nondum dixit: & est q̄ aer qui est in vase est insensibilis: & est causa fortis: q̄m propter hoc quādo aqua extrahitur a vase existimatur ꝙ vas est vacuū: & dixit: & adiuuat hoc &c. & est sermo manifestus.

¶ Est autem sicut vas locus transmutabilis: sic locus vas imobile est: vnde qñ in moto mouetur & mutat̄ intus vt flumine nauis tanq̄ in vase vertit̄ magis q̄ in loco cōtinenti. vult aūt imobilis esse locus: vñ oīs magis fluuius locus est: q̄ oīs imobilis est: quare cōtinentis terminus imobilis primū locus hoc est.

Uult autē imobilis eē locus.

¶ Et queadmodū vas est locus translatus: & similiter locus etiā est vas imobile: & ideo cum fuerit aliqđ cōtinens intra qđ mouetur: & transfertur in aliquo moto. Uerbi gratia. nauis que mouetur in flumine: tunc cōtinens apud ipsam quasi vas non quasi locus: vnde necesse est vt locus sit immobilis: & ideo si omnino fuerit flumen ꝑm totum est dignius vt sit locus: quia totum est immobile: vltimum igitur continentis immobile primum est locus.

Diffō perfecta loci.

41 ¶ In diffinitione loci aliā dr̄iam ponit inter ipsum & vas: & est q̄m vas est cōtinens & mobile essentialiter. locus vero est cōtinens imobile nisi per accidēs. Deinde dixit: & ideo cum fuerit aliqđ cōtinēs intrinsecū qđ mouetur in aliquo mobili vt nauis. tunc cōtinens ita habebit se apud ipsum: sicut vas: nō sicut locus. i. & q̄ locus est imobilis essentialiter. ideo qñ locatum fuerit intra aliqđ & illud intra qđ est. s. in quo est mouetur etiā: vt nauis que mouet̄ intra flumen

per motū fluminis: tūc non dicemus φ istᵭ cōtinens hз se de cōtento: sicut locus: sз sicut vas. Deinde dixit. ergo necesse est vt locus sit imobilis. i. e si hoc sit manifestum de loco necesse est vt locus sit imobilis essentialiter. ℭ Et ideo melius est si dixerimus φ flumē est locus nauis: dicere φ totum flumē est dignius hoc q̄ continens nauem: qm̄ flumen s̄m totuз est imobile. non enim est mobile nisi s̄m partes. ℭ Et significat φ locus nō mouet̄ essentialiter: sed φ locus est illud ad qδ mouetur res τ quiescit in eo з τ si aliquid mouet̄ ad motā rem: tūc motus eius esset ociosus: τ hoc apparebit in aliis locis.

Documētū

ℭ Et cum dedit hanc differentiā dedit diffinitionē in qua perficiuntur oēs dñe determinantes naturā loci: τ dixit. vltimū igitur cōtinentis τc̄. τ intēdit per vltimū superficiem cōtinentem: τ per primuз superpositam corpori. primum igit̄ est dr̄ia per quaз differt cōtinens equale ab inequali: τ per hoc φ dixit imobilis essentialr̄ distinguit̄ finis extranea a fine naturali. s. que est similis locato.

Si aliquid mouet̄ ad motā̄ rem: tūc motus ei⁹ eēt ocio/sus.

ℭ Et ꝑpter hoc medium celi/ τ vltimuз ad nos circularis loci mutationis vr̄ esse: hoc quidem sursuз: illud vero deorsuз: maxime omnibus ꝑprie: q: hoc semper quidem manet: circuli autem vltimum similiter se hābens manens est. quare qδ leue est quidem fertur sursum natura: qδ v̄o graue est deorsum: qδ quidē est ad mediū cōtinens deorsuз est τ ipsum mediū: qδ v̄o ad vltimū sursuз est τ ipзˢ vltimū. τ pp̄ hoc vr̄ planū qδdā esse sicut vas locus τ cōtinens: ampli⁹ simul cū re quodāmodo est locus: simul em̄ fines sunt τ locus.

ℭ Et ꝑpter hoc opinant̄ oēs hoīes φ medium celi τ vltimū motus circularis est locus: hoc aūt superius: hoc v̄o inferius principalr̄: τ hoc est: qm̄ hoc est semper permanēs: τ vltimū circuli est ꝑmanens in eadeз dispōne. cū igit̄ leue est trāslatabile naturalr̄ ad superius: τ graue ad inferius: tūc inferi⁹ est vltimū cōtinēs qδ est versus mediū τ ipsuз mediū: τ superius est vltimū cōtinens qδ est versus extremū τ ipsum extremū: τ ideo existimat̄ φ locus est aliqδ planum: τ quasi est vas continens: τ ēt locus τ res sunt insimul: fines. n. τ finitū apud ipsas sunt insimul.

ℭ Cū posuit φ locus nō mouet̄ eēntialr̄: dedit sup hoc rōnē famosaз. 42
ℭ Et dixit. τ ꝑpter τc̄. τ intendit per medium celi mediū mundi: τ per vltimum motus circularis concauum orbis lune. D. d. hoc aūt superius. i. vltimus motus circularis motuū orbiū: qui est orbis lune. D. d. hoc vero inferius. τ intēdit mediū mūdi qδ est locus terre.

Loc⁹ aque ē īferi⁹:sꝫ ñ simplr. ꝛ locus aeris ē supi⁹:sꝫ nō simplr. Jō 4. celi. 26. Solo .1. Solo .2. Qñ propō maior ꝯuertit possum⁹ arguere ex ābab⁹ affirmatiuis in scđa fig. Jō supra ꝯ.33. Jō.2.ph.23 Solo.

a In vacuo ñ sunt dr̃ie qb⁹ diuidat̃ in supi⁹ ꝛ īferi⁹. Idē supra 36. ꝛ infra 64. ꝛ. 65. Pr̃la expō.

b Finis ñ īueit̃ nisi qñ īueit̃ illud: cui⁹ ē finis. Cōsilr̃ īfra t.c.107.

¶ Et dixit. pncipl̃r ꝛ vere: qm̃ h̃ duo loca sunt supi⁹ ꝛ inferi⁹ simpl̃r: ꝛ qđ nō ē ita de loco aque ꝛ aeris. loc⁹.n. aque ē īferi⁹ ēt: sꝫ ñ simpl̃r: ꝛ silr̃ aeris loc⁹ ē supi⁹: sꝫ ñ simpl̃r. D.d. q: illud ē pmanēs: ꝛ intendit mediū ver̃ mūdi. D.d. sꝫ illud ē pmanēs in eadē dispōne .i. qđ nō pt̃ trāsferri ad īferi⁹ neqꝫ ad supius: ꝛ si moueẽ circul̃r. ¶ Et iste syll̃s ē ex duab⁹ affirmatiuis in scđa figura: ꝛ cōponit̃ sic. Supi⁹ dꝫ eē fixū. Et vltimū circulatōis ē fixū. Ergo supi⁹ ē vltimū circulationis. ¶ Et pt̃ dici ad hoc. qm̃ q: rō non ē famosa nō curat vti in hoc duabus affirmatiuis in scđa figura. ¶ Et pt̃ dici ad hoc ēt q̄ ppō maior ꝯuertit̃ qñ addit̃ ei hoc. s. vt fixū sit in maxio supiori: qm̃ tūc syll̃s cōponit̃ sic. Supi⁹ simpl̃r ē fixū qđ est in vltio supiori. Et fixū qđ ē in vltio supiori ē vltimū ī circulatōe. Ergo qđ supi⁹ ē simpl̃r ē vltimū in circulatōe: ꝛ silr̃ dr̃ de inferiori. s. q̄ cū addit̃ ei qđ ē vltio īferiori: tūc ꝯuersio erit v̄a. ¶ Et q: v̄e diffōnes dēbēt cōuenire oib⁹ spēbus rei diffinite: icepit dclarare quō ista diffō loci cōueit duab⁹ spēbus loci. s. supiori ꝛ īferiori: ꝛ dixit: cū igit̃ leue ꝛc. i. cū igr̃ leue trāsfert̃ nāl̃r supi⁹ ꝛ trāsfert̃ nāl̃r ad finē ꝯtinētē. g̃ supi⁹ ē finis cōtinēs. ¶ Et existimat̃ q̄ ista ꝯclō ē vlis: ꝛ in tertia figura qđ nō oꝫ. ¶ Sꝫ ista ꝯclō est vlis: q: minor ꝯuertit̃ vlis affirmatiua. vñ syll̃s cōponit̃ sic in pⁱma figura. Supius ē id ad qđ trāsfert̃ leue nāl̃r. Et illud ad qđ trāsfert̃ leue nāl̃r ē finis vltie circulatōis. Ergo supius ē finis ꝯtinēs q̄ inequat̃ corpori vltio. ¶ Et sil̃r ꝯcludit̃ q̄ īferi⁹ est finis aque. s. ꝯcauū aque: ꝛ dixit. ꝛ mediū: qm̃ graue nō querit hūc finē. s. finē aque nisi ẜm q̄ est mediū toti⁹: nō ẜm q̄ ē finis aque: ꝛ si nō/ tūc terra moueret̃ ad aquā vbi esset finis eius: sicut ferrū mouet̃ ad magnetē vbicūqꝫ fuerit: ꝛ hoc ñ sentit̃ de aqua. ꝛ ẜmo de hoc erit pfecte in libro de celo ꝛ mūdo. hic. n. loq̃t̃ de loco cōi vli oibus corpib⁹ nālibus. ¶ D.d. ꝛ iō existimat̃ q̄ locus est ꝛc. ꝛ q: corpora trāsferunt̃ nāl̃r ad vltia. s. ad supficies ꝯtinētes ipsa: ꝛ qescūt ī eis ẜm ꝯueniētiā ꝛ silitudinē: nece est vt locus vltimus sit: ꝛ q̄si ē vas ꝯtinēs nō inane qđ ē iter vltia. nō. n. ē ꝯuenientia iter inane ꝛ corpus: a neqꝫ in eo sunt dr̃ie qbus diuidat̃ in supi⁹ ꝛ īferi⁹. ¶ D.d. ꝛ ēt locus ꝛc. ꝛ forte itēdit qm̃ loc⁹ ꝛ locatū sunt relatiua: ꝛ relatiua sunt insil̃: ꝛ cū alter̃ aufert̃: aufert̃ ꝛ reliquū. ꝛ hoc nō iuenit̃ nisi in loco q̄ ē finis. finis b .n. nō iuenit̃ nisi qñ iuenit̃ illud: cuius est finis ꝛ deficit p suū defectū: ꝛ si locus esset inane nō esset neciuꝫ in suo esse locatū esse: ꝛ tunc inueniretur locus sine locato. ¶ Et forte idu cit per hoc rōnem qua declarat q̄ locus debet esse permanens cum permanentia corporis in eo.

¶ Caplm̃ in quo oñdit qual̃r aliqđ sit in loco. Ca. 6.

Qui quidem igitur corpori inest aliquod extra corpus continens ipsum: hoc in loco ē: cui vero non: minime. Unde ꝛ si aqua fiat huiusmodi: partes quidem mouebuntur ipsius: continentur enim subinuicē: omne autem est tanq̄ quod mouebitur: ꝛ tanq̄ nō: sicut q̄dē

enim totum simul locum non mutat: circulariter autẽ mouebitur: partium enim hic locus est: ⁊ sursum qdẽ ⁊ deorsum non circulo aũt: quedam alia vero ⁊ deor/sum ⁊ sursum quecũq; habent densitatem ⁊ raritatẽ.

¶ Dicamus nunc igitur ꝙ quodlibet corpus extra qḋ est aliquid corpus quod continet ipsum illud corpus est in loco: ⁊ quodlibet corpus extra qḋ non est aliud corpus non est in loco. Et ideo si posuerimꝰ aquã eẽ hmõi: tunc partes eius essent mobiles: quedam enim essent continentes quasdam: ipsa vero ẜm totum quodammodo est mobilis: ⁊ quodãmodo ĩmobilis: qm̃ ẜz qḋ est totum non transmutat insimul locum: ⁊ alio mȯ mouetur circulariter: iste.n. locus est locus partium ⁊ quedam mouentur superius: ⁊ quedam inferius non circulariter: ⁊ quedam superius: ⁊ est omne quod ha/bet densitatem ⁊ raritatem.

Cum declarauit ꝙ locus est ẜmum ꝯtinẽs: ⁊ declarauit ẜusꝙ non oẽ corpus est ꝯtẽtum: qm̃ si ita esset tũc infinitũ eẽt in actu: seqꝛ ex istis duobus vt non sit oẽ corpus ẜm totum in loco essentialr̃: sed illud extra qḋ est corpus: illud autẽ extra qḋ non est corpus non est ẜm totum in loco essentialiter: ⁊ ista est dispȯ totiꝰ scz ꝙ non est in loco essentialiter: cum nihil sit extra ipm: ⁊ ideo dixit. dicamus nunc igitur ⁊c̃. Deinde incepit declarare qd sequitur ex hac põne. s. ꝙ oẽ extra qḋ nihil est non est in loco ẜm totum. ⁊ ideo dixit: ⁊ iȯ si posuerimus totum ⁊c̃. i. pp hoc si posuerimus totum eẽ aquam: tunc aqua non esset in loco ẜm totum: ⁊ esset ĩmobilis ẜm totum: ⁊ tunc partes eius necessario mouerentur in loco cum eẽnt ꝯtente. ⁊ iȯ partes mundi pñt moueri modis tribus motuũ. s. qm̃ quedam partes mouentur circulariter: ⁊ quedam superius: ⁊ est oẽ in quo est raritas vt aer ⁊ ignis: ⁊ quedã ĩferius: ⁊ ẽ oẽ in q̊ dẽsitas est; vt aqua ⁊ terra. ¶ Ergo dispȯ in toto manifesta est: ⁊ non accidit in ea qȯ: ⁊ silr̃ nȯ accidit qȯ in spheris ꝯtẽtis de numero sphe/rarum celestium: in sphera aũt octaua non ꝯtẽta: si non accidit ei motus ꝓprius: ⁊ totus orbis q mouetur motu diurno accidit in eo magna qȯ: qm̃ manifestum est ipm moueri: ⁊ cum oẽ motum sit in loco necesse est vt totus orbis sit in loco. ergo sumus inter duo: aut ponere ꝙ aliqḋ motum nȯ est in loco: aut ponere ꝙ locus est inane ⁊ dimensio. ¶ Joãnes vero pp hoc obedit huic. s. locũ esse ⁊ dimẽsionem ⁊ vacuum. ¶ Non finem continentẽ. vt dicit Arist. lz apḋ ipsum non possit inane separari a corpore: qm̃ dicentes vacuum eẽ sunt bipartiti. aliĳ. n. dicunt ipm separari a corporibus: ⁊ aliĳ non: quorꝫ est Joannes grãmaticus. ¶ Aristoteles dicit: cũ hoc post: qḋ celũ ⁊ aĩa sunt ĩ loco ꝑ accñs: ⁊ ĩ hoc dubitauerũt oẽs expositores.

43

Digressio vtꝝ octaua sphera sitĩ loco.

Op. Joãnis grãmatici. Jmprobȯ prima. Scḋa rȯ. s. t. cȯ. 45.

Op. Themistij quam etiam recitat .6. phy.c.85.et 8.phy.c.67.

¶ Themistius vero dicit rñdendo q corpus celeste nõ est in loco sm
totũ: sed sm ptes. s. sm orbes quos ↄtinet maximus orbis: sicut est
dispõ in toto mũdo. fingit. n. q cã in hoc est: qm̃ corpus celeste non
est mobile sm totũ sed sm ptes: et apud ipsum ptes celi sunt in loco:
q: ↄtinent suas ptes: sed q: corpus altissimum. V.g. orbis stellarũ
fixarum non ↄtinet ab aliquo: ↄcessit q hoc corpus est in loco pp suas
partes intrinsecas tm̃. s. que sunt in ↄcauo eius. Iste enim partes
mouent circa ↄuexum. s. ↄuexum corporis circa qd reuoluunt q̃s

Prima rõ cõtra Themistium.

circũdet ipsas lz sit intra. ¶ Et hoc idem ↄtingit toti orbi quarenus
mouetur motu diurno. s. q ẽ in loco sm partes que sunt in ↄcauo: si
dixerimus q motus stelle est alius a motu orbis. g melius ẽ dicere
q totũ corpus celeste est in loco sicut dicimus in corpore vltimo. s.
sm ptes que sunt in ↄcauo: aut dicam ipz esse in loco vtroq mõ. s.
q: ptes eius sunt in loco pter vltimum: et q: ptes ↄcaui sunt in loco
si posuerimus q motus diurnus est totius orbis essentialr: et nõ stel

Scḋa rõ.

larũ: et hoc est necesse sm sciam nãlem. ¶ Et in hoc qd dixit Themi-
stius sunt qõnes non modice: qm̃ qñ dĩ sphera moueri sm omnes

Totũ nihil aliud est q̃ ptes. Idẽ p phy.c.17.

ptes: et non mouet sm totum: et totum nihil aliud est q̃ ptes. ¶ Et
ẽt videmus Arist. in vltio sexti a qñ logr de qõe Zenonis d motu

a 6.phys. t.c.85.

sphérico: ponere spheram moueri sm totum et sm partes: et q sz to-
tum mutat loca diuersa sm formam tm̃. sm aũt ptes sm formam et
sñm vt in illo declarabit: nihil est igit hoc qd dicit Themistius q cã
in hoc q sphera non est in loco simplr est: q: mouet sm ptes nõ sm

Obio p Themistio.

totum. ¶ Si igr aliqs dixerit q hec est intentio Arist. cum dixit: sz
enim qd est totum etc. ¶ Dicemus ad hoc q cũ dixit. sm enim q ẽ

Solutio.

totum non transmutat locum: non intẽdit corpus qd mouet circu-
lariter: sed intẽdit totum mundum: et cum dixit: de alio mõ mouet
circulr intendit q toti attribuitur motus circularis pp q̃sdam ptes
s. corpora celestia sicut attribuit ei rectus mot pp motũ elemẽtorum
que sunt ẽt quedã ptes ei. D. d. iste. n. locus est locus ptiũ. i. locus
ei qd mouet circulr: et eũ illud qd mouet circulr ẽ ps toti. locus. n.
simplr corporis qd mouet circulr ẽ loc ei ptiũ: sicut videm Themistiũ itelligere ex vbis Arist. ¶ Et ẽt sm expõnem Themistij: cum

Quarta rõ i Themistiũ.

Arist. dicit: q celũ est in loco p accñs: intẽdit: q: alter celorum ẽ in lo-

Illd q apd Arist. attribuit alicui pp suã ptem ẽ alid ab eo qd attribuitur alicui p aceñs. Idẽ 5.phy.ↄ.p.

co. s. orbium: et illud qd apud Arist. attribuit alicui pp suam ptem
ẽ aliud ab eo qd attribuit alicui p accñs: et iõ oĩb expositorib / vt
dicit Themistius / displicet: vt celũ sit in loco p accñs et dicũt ipz eẽ
in loco sm ptes. Themistius vero dicit q Arist. vtit hillo qd est p ac-
cidẽs large de eo qd ẽ cõe ad accñs et ad ptẽ: et hoc ↄberemus dicere
si nõ iuenirem aliquẽ modũ vnũ sm quẽ diceremus celum eẽ in
loco p accñs: et oẽs igit hoies vt appet de eis nõ potuerunt itelligere

Auẽpace hyspani opinio.

vba Arist. recte. ¶ Auẽpace vero rñdit in hoc loco sic: qm̃ sphera sz
q ẽ sphera nõ est in loco: q: aliqd extrinsecũ ↄtinet illã: et q hoc p-
prium ẽ corpori recto: nõ corpori rotũdo: et locus sphere g fingit ab
isto sm q ẽ sphera ẽ ↄuexũ cẽtri circa qd reuoluit. q̃si igr loc ei
est superficies conuexi quod continet sphera: et est quodãmodo con-
tinens spherã. ¶ Et nititur dicere q diffinitio quam induxit Arist
in loco: quoniam est continens diuisum a re debet intelligi in cor-
poribus rectis ab extrinseco: et in rotũdis ex intrinseco. ¶ Et dicit

Corp⁹ rotūdū finit p se ⁊ corpa recta finiunt p aliō. Jdē 3.ph.c.74.

Improbō. prima.

ꝙ eā in hoc ē: qm̄ corp⁹ rotūdū finit p se: ⁊ corp⁹ rectaꝝ dimēsionū finit p aliō: ⁊ iō corpa recta. s. elemēta idigēt ī hoc ꝙ finiant rotūdo. rotūdū vo nō idiget corpe extrīseco: ⁊ eā in hoc ē: qm̄ linea rotūda ē pfecta ⁊ nō pt recipe additōem aut diminutōem. linea vo recta ē diminuta. ¶ Et ſm hoc ꝙ sphera erit in loco simplr̄ ⁊ essentialr̄ sicē erūt corpa recta: ⁊ oīa sphera spheraꝝ celestiū quā ptinet alia sphera hēbit hoc p accñs: ⁊ ſm hoc oē corp⁹ simplr̄ erit in loco eēntialr̄ ⁊ vr̄ mihi ꝙ h̄ qō narrauit Auēpace ē opīo Alpharabij. Alpharabi⁹ eñi ē q posuit se ꝯtradicētē qōib⁹ Joānis. Et vna illaꝝ qōnū ē ista q̄ inuenit in libris nr̄is: sicut iueñ ex vbis Auēpace: ⁊ nō incidit in manus nr̄as.

Scda.

¶ Et cū ita sit hoc qō dicit Arist. ꝙ oē corp⁹ extra qō nihil ē: nō est in loco: ⁊ ꝙ oē corp⁹ extra qō ē aliqd/est in loco/est falsum. appēt. n. ex ſmone ei⁹ in hoc loco ꝙ corpora nālia apud ipsuz sunt trib⁹ modis. est. n. modus q ē in loco essentialr̄. s. corpa recta: ⁊ modus q est in loco p accñs ⁊ hoc est corpora rotūda: ⁊ mōus q ē in loco pp suas ptes: ⁊ h ē tot⁹ mūdus. s. corp⁹ cōpositū ex corpibus simplicibus qnq3: ⁊ totū hoc māifestū ē ex suis vbis.

Auer. solo ⁊ tertia im probatio.

¶ Nos autez reuertamur ⁊ dicamus: qm̄ cū sit notū p se ꝙ loc⁹ ſm ꝙ ē locus est eq̄lis locato: māifestū ē ꝙ supficies ꝯuexi cētri sphere nō ē loc⁹ simplr̄. nō. n. ē eq̄lis nisi supficiei ꝯcaue: ⁊ nō oib⁹ supficieb⁹ sphere: ⁊ locus est eq̄lis locato: qr̄ oēs supficies ei⁹ sunt eq̄les oib⁹ supficieb⁹ locati. eq̄litas. n. dr̄ duob⁹ mōis: dr̄. n. ſm ꝯtinētiā: ⁊ ſm hoc dr̄ ꝙ circulus ē eq̄lis figure rectoꝝ lateꝝ: ⁊ dr̄ ēt qn̄ duo eq̄lia habēt mēsurā cōez q̄ mēsurent: ⁊ ſ3 h̄ dr̄ corp⁹ eē eq̄le corpi ⁊ supficies supficiei: ⁊ ista eq̄litas n̄ ē vā ō loco nisi inane eēt: ⁊ eq̄litas igr̄ ppa loco ē eq̄litas ſ3 ꝯtinētiā: ⁊ ex hoc igr̄ appet māifeste ꝙ sphera ſ3 ꝙ ē sphera n̄ ē ī loco simplr̄ nisi accidat ei hoc sicut accidit spheris celestib⁹: q̄s ꝯtiet alia sphera extrīseca.

Eq̄litas dr̄ duob⁹ modis.

¶ Et h̄ appet ēt ex hoc: ⁊ qm̄ pmū notū ē ō loco: ꝙ collatio rei ad ip3 ē sicē collō ꝯtēti ad ꝯtinēs: ⁊ sicē dicim⁹ ꝙ aq̄ ī cipho n̄ ē sicē collō toti⁹ ad ptē: ⁊ s3 dicer̄ sphera eē ī cētro ē sicē dicer̄ totū eē ī pte n̄ sicē dicer̄ aquā eē ī vase: ⁊ iō si cōuexū cētri dicat eē ꝯtinēs spherā: ⁊ iō illud extrīsecū dicat eē ꝯtinēs: erit ſ3 equoca rōez: qr̄ ī altero sunt ve ppetates loci. ē. n. ꝯtinēs ⁊ eq̄le: ⁊ res ē ī eo sicē aq̄ ī cipho: h̄ igr̄ totū ōmr̄at vitatē opionis Aris. ⁊ falsitatē ei⁹ qō itēdit Auēpace: ⁊ ꝙ ipole ē expōer̄ vba Ari. ita ꝙ diffō quā idu xit ō loco sit cōis corpi simplici ⁊ rotūdo.

Quarta.

Opio ppa.

¶ Nos āt dicam⁹: qm̄ cū sit fixū ſ3 totū nece ē vt hoc mō sit qescēs: ⁊ qr̄ qes ē ei pp qetē centri qō ē ī terra: ⁊ qes ē: qr̄ ē ī loco eēntialr̄. iō dr̄ celū eē ī eodē loco ⁊ n̄ trāsmutar̄ ab eo p accñs. i. qr̄ cētrū ei⁹ ē ī loco eēntialr̄: ⁊ h ē in tētio ſmōis Ari. dicētis: ꝙ celū ē ī loco p accñs. vtrū vo dicar̄ moueri ī eodē loco ī q̄ ē p accñs: cū nihil sit ex̄ ip3 ſ3 ptes aut ſm totū declabit cū Ari. dclarauerit ipm moueri ſm totū: ⁊ mutare locum in q̄ est p accñs in fōia ei⁹ nō in mā. est igr̄ motū p se ⁊ qescēs ī suo loco p accñs. s. pp cētrū qō ē in loco eēntialr̄. oē. n. qō iueñr̄ in aliq̄ p accñs: iueñr̄ in eo pp aliqō hñs illud per se: ⁊ h est intētio eius cuz dixit de aq̄ ⁊ de q̄libet corpore ꝯtinēte: ipm vo ſm totū quodāmodo est mobile ⁊c. ⁊ ſm h̄ erit opio Arist. ꝙ oē corpus est in loco: ⁊ ꝙ oē motū est in loco: sed istoꝝ qōdā ē in loco per accñs: ⁊ qōdā ē ī loco per se: ⁊ ſm hoc diuidir̄ motū: qm̄ aliud mouebir̄ in loco eēntialr̄:

Oē qō inuenit i aliq̄ p accñs iueñr̄ in eo pp aliqō hñs illō p se. ꝯtrā i fra. c. 67. ⁊ p̄ celi. t. cō. 14. ⁊. 62.

⁊ aliud mouebit in loco p accńs. appet igit ex hoc ꝙ oē corp⁹ attri/buit loco in motu ⁊ qete aut p se aut p accidēs: ⁊ ꝙ nullū corp⁹ est qđ nō est in loco: sicut Alex. intēdebat in expōne loci huius vt post videbit. ¶ Et appet ex hoc ꝙ corpa attribuunt loco trib⁹ modis p se ⁊ p accidēs: ⁊ ꝑm partē. vt intēdebat Ari. ⁊ ꝙ oēs expositores nō potuerūt attingere hanc expōnez. ⁊ ꝙ Auēpace dimisit sermonem Ari. ⁊ errauit multū. ¶ Sꝫ querit sup hoc si corp⁹ celeste est in loco

Obiectio.

p accidēs. ergo mouet p accidēs. declarabit. n. in hoc lib. ꝙ est pri/mum mobiliū simplr: ⁊ sic illud qđ est p accidēs erit pri⁹ illo qđ est per se. ¶ Ad hoc aūt dicendum est ꝙ illa que mouent p se indigent

Solutio.

aliquo quiescēte circa qđ mouent. vt declarat Ari. in libro de moti bus aīaliuꝫ localib⁹: ⁊ hoc qescens forte erit locus p se: qñ fuerit cō tinens rem motā: ⁊ forte erit locus per accidens quādo nō fuerit cō tinens rem motā in oībus ptibus: sicut est dispō in corporib⁹ celesti bus. ergo locū esse p se nō est de necessitate essendi rem motā p se: sed dignius est vt sit de necessitate essendi quietē naturalr. qescēs eniꝫ

Quiescens qescit pp similitudinē cōtinētis ⁊ mouet pp puationem silitudinis inter ipm ⁊ ꝯtinēs: ⁊ ꝟ erit qñ mo/uet i ꝯtinē te. Et ideꝫ vide infra cō. 69. pro hoc ēt vide 4. celi. cō. 35.

quiescit ꝑpter similitudinē ꝯtinētis: ⁊ mouet pp priuationē silitu/dinis inter ipm ⁊ ꝯtinens: ⁊ hoc erit qñ mouet in ꝯtinēte: ⁊ iō cau/sa motus ei⁹ qđ mouet in ꝯtinēte est extra naturā: ⁊ est reꝫ motā eē extra suuꝫ vbi naturale: ⁊ hec est dispō corporū simpliciuꝫ que mo/uent motu locali. s. quattuor elemētorꝫ: qđ aūt mouet nō in ꝯtinen te: sed circa quiescens aliqđ tm̄ est illud: cuius motus nō est p aliqđ extrinsecū a natura: ⁊ est dispō corporis rotundi: ⁊ hoc qđ accidit q/busdā corporib⁹ celestibus. s. qı sunt in loco: qꝛ ꝯtinent ab alijs est p accidēs: ꝑm hoc igit est intelligēdus iste loc⁹ vt mihi videt. ¶ Ale/xan. vero opinat ꝙ sphera stellarꝫ fixarꝫ nō est in loco: ⁊ dicit hāc eē opinionē Ari. dicit. n. ꝙ nō est in loco nisi eo mō quo mouet ⁊ non mouet p se: neqꝫ per accidēs: neqꝫ ꝑm ptes: aut totuꝫ. ergo nō est in loco. ⁊ verificat ipm nō moueri per se: qı impoſe est vt moueat ꝑm to tum aut ꝑm ptes. ꝑm vero totū: qm̄ nō mutat locuꝫ. ꝑm autē partes: qı nō sunt diuise a toto: ⁊ qꝛ totuꝫ ēt est quiescens: ⁊ simlr dicit ꝙ nō mouet per accidēs. illud eniꝫ qđ mouet p accidēs nō mouet ꝑm ptes p accidēs: nisi qꝛ motus toti⁹ est p se: ⁊ simlr nō est in actu: qꝛ nō sunt distincte neqꝫ in potētia: qꝛ nunq̄ distinguent: ⁊ pp hoc di/cit precise ꝙ motus circularis nō est in loco: ⁊ ꝙ nō est translatio: ⁊ dicit ꝙ nō est impoſe corpus esse nō in loco. locus eniꝫ nō est cor/poris essentialr: qm̄ nō accipit in diffōne corporis neqꝫ corp⁹ in dif/finitione loci. Et cum locus qui est finis est in continente nō contē/

Improba/tio.

to. ¶ Et nos dicimus. ponatur ꝙ non est de necessitate corporis vt sit in loco: tamen est de necessitate moti vt sit in loco aut per se aut p accidens: qm̄ cuꝫ sphera nō fuerit in loco per se neqꝫ per accidēs nō erit in loco: ⁊ cum non fuerit in loco: quō igit mouebit: nisi dicat ꝙ locus nō est de necessitate mot⁹: ⁊ totū hoc est impoſe.

¶ Sicut aūt dictū est alia sunt in loco ꝑm potētiā: alia vero ꝑm actū. Unde cū quidē ꝯtinuū sit qđ est similis partis: ꝑm potentiā in loco ptes sunt. cum vero sepa/rata sint quidē: tāgāt aūt se: sicut collectio ꝑm actū sunt.

¶ Et res sicut diximus alie sunt in loco potētia: et alie sunt in loco actu. Cū igit illud qd est ɔsīlīū partiū fuerit ɔtinuū: ptes eius in potētia sunt in loco donec cum separent sed erunt cōtingētes vt aceruꝰ in loco ī actu.

¶ Cum declarauit ꝙ quedam corpora sunt in loco per se: et sunt illa extra que est aliqd corpus contingens: et quedam sunt in loco: quia partes coꝝ sunt in loco: et hec est dispositio corporis totiꝰ mundi: et quedā sunt in loco per accidēs vt illud quod mouetur circulariter: incepit declarare etiam ꝙ quedā attribuunt loco potentia: et quedam actu. ¶ Et dixit: et res sicut diximꝰ ec. i. quoniā corporū aliud est in potentia in loco: qꝛ potest esse in ipso in actu: et aliud est in loco in actu. D. d. cum igit corpora ec. i. et corpora que sunt in loco in potentia sunt partes corporis cōtinui cōsimilium partium duꝫ fuerit cōtinuum. U. g. aqua: et cum partes illius separant et diuiduntur abinuicem erit in loco in actu. ¶ Et in isto sermone est ordo preposterus. et dꝫ sic legi: donec cum separant erunt in loco in actu: sed erunt contingentes sicut aceruus: et intēdit: sed accidit eis vt contingantur: et erit locꝰ eoruꝫ vnum: vt aceruꝰ tritici. corpus enim cōsimilium partium dum nō diuiditur partes eius sunt in loco in potentia: et cum diuiditur tunc partes eius sunt in loco in actu. si igit separant partes coꝝ erūt in locis diuersis actu: et si nō separant: sꝫ erunt ɔtingentes erunt in vero loco in actu: et tunc erunt quasi medium inter illud qd est in potentia pura et actum purum: et intendebat declarare per hoc ꝙ totum non est in loco actu aut potentia: et similiter celum. 44

Que sunt ī loco in potētia et que in actu.

¶ Et alia quidē per se sunt vt omne corpus aut ꝑm loci mutationē: aut augmentū mobile alicubi per se: celum autēꝫ sicut dictum est: non est alicubi totum: neqꝫ in quodam loco: siquidem nullum ipsum cōtinet corpus: ꝑm ꝙ autē mouetur sic et locus est partibus: altera enim ab altera habita partiū est: alia vero ꝑm accidens sicut anima et celum. Partes eniꝫ in loco quodā modo omnes sunt: in eo enim ꝙ circulariter sunt continet alia aliaꝫ: vnde mouet circulariter solum qd sursum est. omne autē nō alicubi est. Qd eniꝫ alicubi est ipsum aliqd est: et adhuc aliud quiddam opꝫ esse extra hoc: in quo quidē cōtinet: extra aūt oē et totū nihil est.

Anima et celum sunt in loco per accidens.

Extra oē et totū nihil ē

¶ Et ēt quedā p se. U. g. qm̄ omne corpus qd mouet ꝑm trāslationē aut ꝑm augmētū est p se in aliquo vbi: et celū sicut diximꝰ nō est in aliquo vbi ꝑm totū: neqꝫ in aliquo loco / cū nō ɔtineat a corpe oīno: sꝫ ꝑꝫ ꝙ mouet

ẜm hoc partes eius habēt locū etiā. partes enī eiꝰ sunt inseparabiles abinuicē: ꝛ quedā per accidēs. V. g. aīa ꝛ celū. partes enī aliquo mō oēs sunt in loco: quedā enī ꝯtinēt quasdā circulariter: ꝛ ideo ps mouet circulariter: totū vero nō est in aliquo vbi. hoc. n. est in vbi qđ ē in se aliqđ: ꝛ īdiget aliquo alio qđ extra illđ ē ꝛ qđ ꝯtinet illđ: ꝛ nō ē aliqđ ꝑter totū: ꝛ vniuersū extra totū.

45 ¶ Cum diuisit illud qđ est in loco in actū ꝛ potētiā: incepit etiā diuidere illud in per se ꝛ per accidēs. ¶ Et dixit: ꝛ ēt quedā per se ꝛc. i. etiā quedā corpora mobilia sunt in loco p se: ꝛ sunt illa que mouent ẜm rectā translationē aut ẜm augmentū: illa enī que mouent his motibus ꝯtinent ab aliquo alio extrinseco: cū sint naturalr terminata nō terminātia. ¶ Et cū declarauit ēt hanc ꝓpōnē dicentē ꝙ oīa corpora extra que est aliquid sunt in loco p se: posuit aliā: ꝛ est ꝙ celum nō cōtinet ab aliquo corpore/ diuo: ꝛ ista ꝓpositio declarabit ꝓprie in celo ꝛ mundo: ꝛ cōclusit in scđa figura ꝙ celū nō est in loco p se: ꝛ est. s. ẜm totū. i. orbis qui mouet motu diurno ẜm totum: ꝛ hoc intēdebat cū dixit. ꝛ celū sicut diximus ꝛc. iste enim sermo ꝯtinet cōclusionē ꝛ vnam ꝓpositionē. ¶ Et forte intēdit p hoc qđ dixit nō est in vbi neqꝫ est in loco idē: ꝛ erūt nomina synonima ꝛ talis doctrina vsitatur ad expositiones.

p ce. t. c. 96 vsqꝫ ad tex. cō. 100.

Nominū synonimorū doctrina vsitat ad expositiones.

¶ Et qꝛ qđā ptes eiꝰ ꝯtinent ab aliqđ extrīseco excepit & dixit: sꝫ ẜꝫ ꝙ mouet ꝛc. i. sꝫ ẜm ꝙ ptes eiꝰ mouent ꝛ ptes eiꝰ ꝯtinent se adiuicē dr ꝙ ptes eiꝰ sunt in loco simplr: ꝛ est intelligēdū ꝙ licꝫ sunt simplr in loco: tñ hoc est ei per accñs. sphera. n. nō est innata moueri ī sphera: ꝛ vlr in ꝯtinente: ꝛ nō est ita de illo qđ mouet motu recto. Mobilium igit quedā sunt in loco vero: quedā sunt in loco p accidens: vt colores ꝛ accidētia que sunt in loco: qꝛ ẜm corp est in loco: ꝛ prope istum modū dicimus ꝙ celum est in loco per accidēs. s. qꝛ aliqua ps eius est in loco. s. centrū: ꝛ illorꝫ que sunt in loco vero quedā sunt p se: ꝛ sunt illa que mouent motu recto: ꝛ sunt p accidēs quedā: ꝛ sunt sphere celestes cōtente: si oīs sphera celestis ꝑter pmā que hꝫ motū ꝓpriū est cōtēta: ꝛ cum induxit modū corporū que sunt ī loco per se: dixit: ꝛ quedā p accidēs. verbi. g. aīa ꝛ celū. i. qm aīma est in celo: qꝛ ẜm eius qđ est corpus est in celo: ꝛ celū ẜm totū est in loco: qꝛ centrum eius est in loco.

3 ¶ Et isti sunt duo modi eius qđ est per accidens. s. attribuere accidenti rei illđ qđ attribuit rei: ꝛ attribuere toti illud qđ attribuitur parti. ¶ Deinde dixit: ptes. n. ꝛc. ꝛ innuit per hoc ꝙ celum est in loco per accidens ẜm totū. ptes vero eius sunt in loco vero. quedā enī cōtinet qsdā circulariter. ¶ Et dixit hoc: qꝛ vltimꝰ orbis qui hꝫ ꝓprie motū diurnū siue fuerit stellatꝰ siue aliꝰ nō hꝫ ꝗre motū ꝓpriū ꝑter diurnū. ¶ Et dixit quodāmō: qm hoc ē accñs ei cū corpꝰ celeste nō est īnatū vt sit ꝯtētū sꝫ ꝯtinēs ē. D. o, ꝛ iō ps mouet circulariter: ꝛ intēdit p ptes ptē mūdi q est totū celū: ꝛ innuit ꝙ ista ps est in loco p accidēs. qđ. n. nō est in loco a p se neqꝫ p accñs nō hꝫ motū per se.

a Qđ nō ē in loco neqꝫ p se neqꝫ p accidēs nō hꝫ motū p se.

¶ Et iō dixit: totū vero nō est in aliquo vbi: ꝛ intēdit per totū/totum mundū: ꝛ dixit in aliquo vt cōcludat eētialr ꝛ accidētalr: ꝛ q.d. totū veruꝫ nō est oīno in vbi. i. neqꝫ p se neqꝫ per accidēs. D.d. qm̄ hic vbi ꝛc. i. id enim qđ est in loco est in se aliqd ꝛ indiget alio aliquo ꝯtinente ipm: sed extra totū nihil est ꝯtinens ipm: qm̄ hoc nomen totū significat ꝙ extra ipm non est corpus aliqđ oīno: ꝛ hoc manifestū est. ¶ Et debes scire ꝙ Auicē. opinatur ꝙ corpus celeste nō est in loco neqꝫ p se neqꝫ per accidens. dicit enim ꝙ motus rotūdi nō est trāslatio sed motus in situ: ꝛ nō est necessariū in motu ꝑm situ vt sit in loco. ¶ Et hoc est ꝯtra Arist. ꝛ ꝯtra verū ꝓprio vero: qm̄ in situ nō est mot⁹ vt declaratū est in q̄nto. ¶ Et ēt qm̄ loc⁹ est prior situ ꝛ accept⁹ in diffōne ei⁹: qūo igif hēbit aliquē sitū: ꝛ nō hēbit locū. ¶ Et ēt manifestū est p se ꝙ mot⁹ sphere est trāslatio: ꝛ trāslatio est in loco: ꝛ hoc manifestū est in suis partib⁹: qm̄ mutāt locuꝫ. tota vero sphera nō mutat locū vt existimaf. ¶ Et Ari. ꝺclarat in vltimo sexti: ꝙ sphera mutat locū ꝑm formā: nō ꝑm sbm: vt ꝺclarabif in illo loco. ¶ Et existimauit Auic. ꝙ mot⁹ qui mutat locū in forma nō in sbto est mot⁹ in situ. ꝛ hoc est error manifest⁹: ꝛ intelligo p formaꝫ hoc qđ trāsferf circa ꝯuexū cētri ex cōuexo pfecte rotūditatis: ad cōuexū perfecte rotūditatis: cū cōuexū diuidaf in multa ꝯuexa: quoꝝ vnūqđqꝫ est perfecte cōuexitatis ꝛ rotūditatis. Est igif vnū ꝑm sbm nō ꝑm formā: ꝛ iō trāslatio corporis rotūdi ꝑm totū circa totalitatem centri est mutatio loci ꝑm formā eius: nō ꝑm sbm: ꝛ q2 isti translationi accidit diuersitas situs. s. situs totius sphere ad totū cētruꝫ vocauit ipsum Auic. situalē ꝛ dicere motū esse situalem: q2 mutatur de situ in situm: est aliud ꝙ̄ dicere motum esse situalem: q2 est in ipo situ. Et hoc ignorauit Auic. aut vitiose protulit. ¶ Et mouit ipsum ad dicendū hoc qđ dixit Alexan. ꝙ orbis stellatus non est in loco p se neqꝫ per accidens: ꝛ ꝙ iste motus non est in loco: ꝛ ꝙ nō est translatio: ꝛ hoc totum nihil est.

Auic. opīo tenētis celum nō esse ī loco neqꝫ per se neqꝫ p accn̄s. quā ēt requiras 6. physi. cōmen. 55. 6. phy. 55.

Causa dece ptōis Aui.

¶ Et propter hoc omnia in celo sunt. celum eniꝫ quidem fortassis est omne: est autē locus nō celum: sꝫ celi quiddā vltimū ꝛ tangēs mobile corporis est termin⁹ quiescēs: ꝛ ꝓpter hoc quidē terra ī aqua: hec in aere: hic vero in ethere: ꝛ hic vero in celo. celum autem nō amplius in alio est.

¶ Et ꝓpter hoc oīa erunt in celo. videtur enim ꝙ celum est totū: ꝛ celum nō est locus: sed aliquid ex celo. ꝛ est vltimū eius contingens corpus qđ habet moueri: ꝛ ideo terra est in aqua: ꝛ aqua ī aere: ꝛ aer in ethere: ꝛ ether in celo: celum vero nō est in aliquo alio.

¶ Dicit. qm̄ oīa sunt in toto: ꝛ totū est in celo. ergo oīa erūt in celo. 46
ꝛ ipse iduxit ꝯclonē tm̄ cū dixit. ꝛ ꝓp hoc oīa erūt in celo. ꝛ ꝯuersionē maioris ꝓpōnis cū dixit. vr̄. n. ꝙ celū ē totū. ꝛ fecit h̄. q2 ꝯuersio eius est manifesta. ꝛ minor ꝓpositio est manifesta. ꝛ dixit: videturq2

declarabiť qñ declarabiť ꝙ eē celuȝ nō est aliqđ corpus omnino. ¶ D.d. ꝛ celuȝ nō est locus ꝛc̄. ꝛ intendit ꝑ vltimū ꝯtingēs cōcauū orbis lune qđ cōtinet ignē: ꝛ intēdit ꝑ corp⁹ qđ hȝ moueri ignē: ꝛ intēdit vt mihi vr̄ ꝙ hȝ moueri ad illud.s. ad cōcauū orbis lune: ꝛ dixit hoc: ne existimeť ꝙ loc⁹ sit corp⁹: ꝛ ꝙ celū nō est loc⁹ nisi ꝼm ꝙ cōtinet. ¶ Intēdebat ēt per hoc declarare ꝙ illud qđ est dictum in diffōne loci inueniť esse cōueniēs in quattuor elemētis. a terra enim sicut dixit inueniť in vltiō aque: ꝛ aqua in vltiō aeris: aer ēt vt demr̄ať in celo ꝛ mūdo est in vltimo ignis: ꝛ ignis in vltimo orbis: sed posuit ista ħ positione.s. ꝙ est ex istis nō manifestū per se vel nec declareť post: ꝛ similiter hoc qđ dixit: celum vero non est in aliquo declarabitur b in celo ꝛ mundo.

Documētū

a Loc⁹ terr̄ est vltimuȝ aq. loc⁹ aq vltimū aeris. loc⁹ aeris vltimū ignis. loc⁹ ignis vltimū orbis. Idē. 4. celi cō. 23.

b pⁱo celi 96. vsqȝ ad 100.

¶ Capl'm in quo ex diffōne supius data de loco soluit dubitatiōes supra positas de loco. Cap. 7.

Manifestuȝ aūt ex his: qm̄ dubitatiōes oēs soluūtur: sic vtiqȝ dicto loco: neqȝ siť augmentari necesse est locū: neqȝ pūctū eē locuȝ: neqȝ duo corpa in eodē loco: neqȝ spaciuȝ aliqđ eē corporeū: corpus aūt mediū loci cōtingēs est: sed nō spaciū corpis: ꝛ est loc⁹ alicui nō sicut in loco aūt: sed sicut termin⁹ in finito: nō eniȝ oē qđ est in loco est: sed mobile corpus.

¶ Declaratū ē ex hoc cū loc⁹ dicať hoc mō: oēs qōnes dissoluunť: nō.n. est necesse: ꝙ aliqd neqȝ augeať per augmētuȝ eius in quo est: neqȝ vt punct⁹ sit loc⁹: neqȝ vt duo corpora sint in eodē loco: neqȝ vt loc⁹ sit dimēsio aliqua corpalis: sicut est finis in finito: qm̄ illud qđ est inter locū est corp⁹ qđcūqȝ corp⁹ sit: nō dimēsio corporis: locus vero est in vbi: nō ita ꝙ sit in loco: sed ꝼm ꝙ est finis in finito: quoniā non omne ens in loco: sed corpus qđ habet moueri.

Duo corpa nō pn̄t eē ī eodē loco. Idē. 3. tex. cō. 53. ꝛ. 55.

47 Cum pmisit dare diffōnē loci cōuenieēteȝ oīb⁹ ꝑncipiis inuentis in loco: ꝛ ꝑ quā dissoluanť oēs qōnes accñtes in eo: incepit declarare quō dissoluanť qōnes ꝑdicte ex hac diffinitiōe. ¶ Et dixit: ꝛ declaratū est ex hoc ꝛc̄. i. ꝛ declaratū est ex ꝑdictis ꝙ oēs qōnes ꝯtingētes ī loco dissoluunť ex hac diffōne. ¶ Deinde incepit dissoluere vnā illaruȝ qōnum: ꝛ dixit: qm̄ non est necesse ꝛc̄. i. qm̄ qō dicens: ꝙ si oē corp⁹ est in loco: ꝛ in oī loco est corp⁹: necesse est qñ corp⁹ augeť vt loc⁹ augeať: ex quo sequiť locū esse corp⁹. ista eniȝ qō dissoluiť hoc mō per hanc diffōnē: qm̄ loc⁹ ꝼm ꝙ est finis accidit ei augmētuȝ per accñs ꝼm ꝙ locus est finis corpoꝝ que sunt facilis

cilis passiõis.s.aque ⁊ aeris: ⁊ qđ ↄtingit qñ ponaṫ augeri eẽntialr s.vt ex suo augmẽto sequiṫ vt sit corp⁹: qm̃ hoc nõ sequiṫ nisi augmentum eius esset per se.

¶ Deinde dedit aliã qõnez: ⁊ dixit. neq₃ vt punctus habeat locũ: ⁊ est qđ dicẽs: qm̃ si corp⁹ h₃ locũ necesse est vt supficies hẽat locũ: 2
⁊ si supficies h₃ locu₃: necesse est vt linea habeat locũ: ⁊ si linea silr ⁊ punct⁹. ista eni₃ sunt ꝓportiõalia. hoc eni₃ nõ cõtingit nisi ponẽtibus locũ corporis eẽ corpus: ponẽtib⁹ vero locu₃ corpis esse vltimum cõtinẽs/ non cõtingit hec questio.

¶ Deinde induxit tertiã qõnẽ: ⁊ dixit: neq₃ duo corpa erunt in eodem loco: ⁊ ista qõ non ↄtingit ẽt nisi ponẽtib⁹ locum eẽ tres dimẽ 3
siones ⁊ sermoni dicẽti: qm̃ quẽadmodũ locus puncti est punct⁹: ⁊ loc⁹ supficiei est supficies: ita ↄtingeret vt loc⁹ corpis sit corp⁹. ponentib⁹ vero ipsu₃ eẽ vltimũ cõtinẽs nõ ↄtingit hec q̃stio.

¶ D. induxit quartã qõnez: ⁊ dixit: neq₃ vt sit nobis aliqua dimen 4
sio in finito. illud enim qđ est inter locum ⁊c̃. i. ⁊ non contingit nobis vt locus sit dimẽsio que est inter vltima. illud eni₃ quod est inter vltima apud nos semper in eo est aliquod corpus non dimensio abstracta a corpore: ⁊ sic non contingit nobis ſm hanc expositionem vt locus indigeat loco: qm̃ locus apud nos ſm ꝙ est finis est in aliquo: ⁊ non ſm ꝙ aliquid est in loco: sed ſm ꝙ superficies est in corpore: ⁊ ideo nõ concediṫ ꝙ omne ens est in loco: ⁊ hoc intẽdebat cum dixit locus est in vbi: non ſm ꝙ est in loco: sed ſm ꝙ est finis in finito. i. ⁊ cũ diciṫ locum esse in vbi nõ est ſm ꝙ est in loco: sed ſm ꝙ diciṫ in fine qui est vna superficies: aut superficies plures esse in finito: cuius sunt superficies. Deinde. d. nõ ei₃ omne ens est in loco. i. sed quedã entia etiã sunt in subto. s. accidẽtia: ⁊ quedã in loco. s. indiuidua s̄be. ⁊ dixit: sed corp⁹ qđ h₃ moueri: ad accipiẽdũ corpus mathematicu₃ qđ non est in loco nisi ſm imaginationez.

Loc⁹ est in aliq̃ nõ ſm ꝙ aliqđ est in loco. sed ſm ꝙ supficies ẽ i corpore.

Corp⁹ mathematicũ nõ est in loco nisi ſm imagiatione₃. Uiđ ꝓ hoc. 44. c. p̃mi de geñ. ⁊ h. j. text. cõ. 76.

¶ Et ferṫ igiṫ in suiipsius locu₃ vnũqđq₃ rõnabiliter: cui. n. cõsequẽter: ⁊ qđ tangiṫ nõ vi proximu₃ est: ⁊ simul apta nata impassibilia sunt: que vero tanguntur passiua ⁊ actiua sunt adinuicẽ: ⁊ manet igiṫ natura oẽ in ꝓprio loco vnũqđq₃ rationabilr: ⁊ nãq₃ pars in toto loco sicut diuisibilis pars est ad totum: vt cum aque aliquis moueat partem aut aeris.

¶ Et recte vnũqđq₃ corpoꝝ transferṫ ad eũdem locũ. oẽ. n. qđ est cõsequẽs aliqđ ⁊ ↄtingẽs ipsu₃ non est violẽte vnigeneũ cũ eo. cu₃ igitur ista fuerint ex eo qđ esse ↄtinuũ nõ agũt in se adinuicẽ: ⁊ cũ fuerint cõtingentia agunt in se adinuicẽ: aut patientur in seinuicẽ: ⁊ q̃lib₃ rerum nãliũ q̃escit in loco sibi ꝓprio: ⁊ hoc rectum est cũ pars nõ quiescit in toto: ⁊ illud qđ est in loco dispo/

Nãlr vnũqđq₃ in proprio loco ꝑmanet.

sito eius est sicut dispō partis diuise ad vniuersū. V.
48 g. cū aliquis motor mouerit partē aque ⁊ aeris.

¶ Cum dixit ꝙ ex hac diffōne dissoluunt qōnes accidētis in locor incepit declarare etiā ꝙ ex illis pōt hō dare cām ex qua vnūqdqꝫ corporū hꝫ ꝓprie locū ꝓpriū ex locis nālibus: ⁊ ꝙ qui dicit locum esse inane in aliquo nō pōt dare cām eius qd apparet ex diuersitate spērū loci pp diuersitatē spērum corpor. ¶ Et dixit: ⁊ recte ⁊c. i. ⁊ cū locus sit vltimū corporis cōtinēs locatū: rectū est vt vnūqdqꝫ corpor trāsferat ad locū ꝓpriū: cū transfert ad vltimū corporis sibi ꝓpriū. a oē eniꝫ corp⁹ mouet nāliter ad vltimū alterius corpis donec tangat ipsū: ⁊ illud corp⁹ ad qd mouet est vnigeneū cum eo. b cā igitur in hoc ꝙ corpa mouent ad loca ꝓpria: est q: vltimū corpis cōtinētis cōuenit cū vltimo rei mote. ⁊ hoc nō inuenitur in vacuo. c in vacuo eniꝫ non est nā neqꝫ vnigenea: neqꝫ diuersa. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit. oē eniꝫ qd est cōsequēs ⁊c. i. oē enim qd mouet ad aliquid nāliter nō violente donec occurrat illi est vnigeneū cum eo: ⁊ q: mobilia vident moueri ad vltimū cōtinentis: ⁊ omne qd mouet ad aliquid nāliter est vnigeneū cum eo: vltimum igitur necesse est vnigeneū: ⁊ sic in quolibet vltimo ɔcauo elementorū. s. ꝙ aqua mouet etiā ad vltimū aeris qñ aqua fuerit in suo loco proprio mundi: aut in aliquo loco violentē. D. d. cum igit ista ⁊c. i. cū igitur res d vnigenee fuerit ɔtinue: nō agūt in se adinuicem: ⁊ cū fuerint contigue agunt in se adinuicē. ¶ Deinde dixit: in qualibet rerū ⁊c. ⁊ iste sermo nititur dare causam quietis corporū in suis vbi naturalibus ex diffinitione loci: sicut dedit ex illo causā motionis corpor ad sua vbi nālia: ⁊ sermo sic cōponit. Corpus in corpe cōtinēte ipsū est sicut ps diuisa a toto ɔtinuo. Et oīs ps diuisa a toto ɔtinuo sigit qñ ɔtinuat cū toto ⁊ quiescit apud ipm. V. g. ps aque diuisa qñ mouet ad vniuersū aque ⁊ ɔtinuat cū eo. Sequit ex hoc vt corp⁹ locatū sigatur in loco fm ꝙ est pars illius. ¶ Et nitit ēt ꝑ hunc sermonē dare cām qetis nālis ⁊ vlis: cū cā in quiete est eadē cū cā in motu: ⁊ est silitudo que ē in ɔtinēte: ⁊ dixit: ꝙ dispō eius est sicut dispō partis diuerse ⁊c. q: locatū qñ tangit corp⁹ ɔtinēs ipꝫ nō copulat cū eo: ⁊ silitudo īter illa ē vnigeneitas.

¶ Sicut aūt aer hꝫ se ad aquā vt mā: hic autē hꝫ se vt spēs. aq̄. n. mā e aeris: aer act⁹ qdā illi⁹. Aq̄. n. potētia est aer: aer aūt potētia aq̄ est alio mō: determinādū aūt est posteri⁹ de his: sed pp tp̄s necesse est dicere qdeꝫ: incerte aūt nūc dictū tūc erit certi⁹. Si igit ideꝫ est mā ⁊ act⁹. aq̄. n. vtrūqꝫ: sꝫ hoc qdē potētia: id vero actu ē: hꝫ se vtiqꝫ sicut ps quodāmō ad totū: vñ ⁊ his tactus inest. Aptitudo aūt cum vtraqꝫ actu vnū fiant: ⁊ de loco quid ē: ⁊ qm̄ est: ⁊ quid est: dictum est.

¶ Et vr ēt ꝙ collatio aeris apud aquā est q̄si mā: ⁊ alid

a De corp⁹ nāliter mouet ad vltimū alteri⁹ corpis donec tāgat illud: ⁊ illud corp⁹ ad qd mouet vnigeneū ē cuꝫ eo. Idē. 8. cō. 36. ⁊ ibi Vide. j. cōmen. 69.

b De cā motus simpliciū. vid. 4. te. cō. 23.

c In vacuo nō ē nā vnigenea neqꝫ diuersa. ɔsimile. 8. 36. ⁊. 42. ⁊. 67

d Cuꝫ res vnigenee fuerint cōtinue si agūt in se adiuicē: ⁊ cū fuerint contigue agūt in se adiuicē Idē ꝑ de gene. text. cō. 78. Ideꝫ. 7. physi. tex. cō. 2.

e Aq̄ ē tanq̄ mā aeris aer vo ē tanq̄ act⁹ illi⁹.

forma: aq̄ aūt est tanq̄ mā aeris: aer vero est tanq̄ aliq̄s act⁹ illius. Aqua. n. est in potētia aer: aer vero est in potētia aq̄: alio mō: ⁊ hoc determinādū est in postremo: sʒ necessitas cogit ad dōʒ hoc in hoc loco. Si igiť sermo nō sit manifest⁹ in hoc loco illic erit manifest⁹. Cū igiť idē fuerit mā ⁊ cōplemētū. sunt. n. ambo aq̄: sed illud est ī potētia ⁊ hoc ꝺm ꝑfectiōeʒ: ⁊ ita hʒ se sicut ps in aliquo mō apud totuʒ: ⁊ iō hec duo sunt ꝯtingētia: ⁊ fiunt continua qū fuerint ambo vnum in actu: hoc igitur sit dictum de loco si est: ⁊ quid est.

49 ¶ Nitiť in hoc sermone darc cām in hoc ꝙ ꝯtentū est sīle ꝯtinenti. dicit. n. ꝙ ꝯtētū a ita se hʒ ad ꝯtinēs sicut mā ad formā. i. ⁊ quēadmodū mā ꝑficiť ꝑ formā ita ꝯtentū ꝑficiť ꝑ cōtinēs: ⁊ q2 hoc est q̄si nō manifestū ī hoc loco: dixit. ⁊ vr̄ ⁊c̄. i. ⁊ vr̄ ꝙ aq̄ est silis mãe; ⁊ aer est silis forme: ⁊ ꝑꝑ hāc silitudinē alteꝝ ꝑficieť ꝑ alteruʒ: sicut mā per formā. ¶ Et differūt: q2 ꝯtinēs ⁊ ꝯtentū sunt in actu: ⁊ forma ⁊ mā nō sunt in actu: vtraq̄ ꝑ se. ꝯtinēs igiť b ⁊ ꝯtētū assilanť pti ⁊ toti quodāmō: ⁊ mãe ⁊ forme quodāmō. ¶ Et q2 vtrūq̄ vr̄ q̄si mā reliq. vtrūq̄. n. eꝝ ntoꝝ vicinoꝝ est in potētia reliquū: ⁊ fuerit positū ꝙ alterū est q̄si mā. s. ꝯtentū: ⁊ alteꝝ q̄si forma. s. ꝯtinēs: incepit declarare ꝙ potētia nō dr̄ in eis eodē mō: ⁊ dixit. aq̄. n. est in potētia aer ⁊c̄. i. ⁊ diximꝰ ꝙ aq̄ est q̄si mā aeris: c q2 aq̄ est creata in potentia ꝓmitꝰ ⁊ ꝓma intētiōe vt sit aer. aer vero q̄si est in potētia ꝑꝑ formaʒ mãe: ⁊ q̄si cā in h̄ est: q2 aer est q̄si ꝑfectio aq̄: ⁊ ignis aeris. s. q2 ꝯtinēs d est nobiliꝰ ꝯtēto ꝺm hoc: ⁊ ēt alteꝝ est q̄si ꝑuatio: ⁊ alteꝝ q̄si foīa: ⁊ alteꝝ q̄si gñatio: ⁊ alteꝝ q̄si corruptio: ⁊ q2 oīa ista nō sūt manifesta in h̄ loco dixit: ⁊ determinādū est hoc in postremo ⁊c̄. i. ⁊ h̄ qō diximꝰ ꝙ ꝯtinēs est q̄si forma ⁊ ꝯtētū q̄si mā: nō est manifestū in h̄ loco: sed accipiēdū est hic ꝑ ꝯstāti quousq̄ declareť in alijs. s. in q̄rto celi ⁊ mūdi. ¶ D. d. cū igiť idē fuerit mā ⁊c̄. vult declarare ꝑ istū sermonē ꝙ alteꝝ eē q̄si mām ⁊ alteꝝ q̄si formā facit ēt credere vt alteꝝ sit sicut ps. ⁊ alteꝝ q̄si totū alio mō vt dcm̄ est supius. ⁊ dixit: cū igiť idē ⁊c̄. i. cū faiť idē. V. g. aq̄ fuerit cōpositū ex mā ⁊ foīa. vtrūq̄. n. dr̄ aq̄: qm̄ mā dr̄ aq̄ in potētia. ⁊ forma dr̄ aq̄ in actu. manifestū est ꝙ mā est. e tanq̄ ps: ⁊ foīa tanq̄ totū: qm̄ h̄ nomē res dr̄ de pte in potētia: ⁊ de toto in actu: ⁊ cū ista sit dispō ꝯtinētis de ꝯtēto: manifestū est ꝙ ꝯtinēs ita se hʒ de ꝯtento sicut ps de toto: ⁊ ēt q̄si alia cā in silitudine que est inter illa. D. d. ⁊ iō h̄ duo sunt cōtingētia ⁊c̄. ⁊ q2 ista hn̄t se adinuicē sicut ps ⁊ totuʒ. iō sunt ꝯtingētia: ⁊ sicut cōtinua. s. ꝯtinēs ⁊ ꝯtentū qū alteꝝ trāsmutabiť in alterum. ¶ Hoc igiť sit dictū de esse loci ⁊ eius quiditate.

a Cōtētum ita se hʒ ad cōtinēs sicut māa ad foīam ⁊ quēadmodū mā ꝑficitur ꝑ foīaʒ. ita ꝯtentū ꝑficiť ꝑ ꝯtinēs. ꝯsile ꝑ ꝺ ge. ⁊ c. cō. 50. Idē. 4. ce. 34. ⁊. 35.

b Sīa iter ꝯtinēs ⁊ cōtētū: ⁊ iter māʒ ⁊ foīaʒ

c Potētia q̄ aq̄ ē aer: ⁊ q̄ aer ē aq̄ nō dr̄ in eis eodeʒ mō. aq̄. n. creata est ꝓmitꝰ ꝓria ītētiōe vt sit aer. aer ꝟo est ī potētia ꝑꝑ formā mãe. q̄ sit sit foīa mãe. vid ꝯ. 60. 7. met. vide ꝯsile. ꝑ de gene. tex. cō. 18.

d Cōtinēs nobiliꝰ est ꝯtento ⁊ alterū est q̄si ꝑuatio ⁊ alterū q̄si forma ⁊ alteruʒ q̄si gñatio: ⁊ alteꝝ quasi corruptio. pro hoc vide cōmen. 15. 2. physi. ⁊ que ibi vide. 4. celi. text. cōmen. 34. ⁊. 35.

e. Materia est tanq̄ pars ⁊ forma tanq̄ totuʒ. consimile. 7. me. cōmen. 35.

¶ Tractatus secundus de vacuo.

¶ Capitulum in quo ostendit ꝙ ad naturalez spectat determinare de vacuo: ⁊ quo ordine de vacuo determinandum sit. Cap. I.

Eodem modo accipiendũ est esse physici ꝯsiderare ꝺ vacuo: ⁊ si est: aut nõ: ⁊ quõ ẽ: ⁊ qd est: sicut ⁊ de loco. Et nãq; sil'em hʒ incredulitatẽ ⁊ fidẽ per ea que opinant. vt. n. locũ quedã ⁊ vas vacuũ eẽ ponũt dicẽtes: vr̃ aũt esse plenũ quidẽ cũ hʒ graue cuius receptiuũ est. cum vero priuatũ est: vacuũ: tanq̃ idẽ sit vacuũ ⁊ plenum ⁊ locus: esse aũt ipsis non idem est.

¶ Et sciẽdũ ꝙ opʒ nãlẽ ẽt ꝯsiderare de vacuo ħ mõ q̃ de loco: ⁊ pscrutari ꝺ ipo qd sit: ⁊ vtrũ sit: aut nõ: ⁊ quõ iter illa est ꝓpinqtas in negãdo ⁊ ꝯcedẽdo illa ex hoc ꝙ ptrãsit mentẽ ex eis. Dicẽtes. n. vacuũ eẽ ponũt ipm q̃si aliquẽ locũ. Et vas qꝺ existimat eẽ plenũ qñ in eo est corp⁹ receptũ: ⁊ qñ caret illo est vacuũ: ita ꝙ plenũ ⁊ vacuũ ⁊ locus sunt idẽ: sʒ eẽ eoꝝ nõ est idẽ.

50 Cum compleuit sermonez de loco icepit loqui de vacuo. ¶ Et dixit: ⁊ sciẽm est ⁊c. i. ponere perscrutationẽ in ipso de tribus interrogatiõib⁹: de quib⁹ pscrutatus est in loco. s. vtrũ sit ⁊ qd: ⁊ quale: ⁊ nãlis dʒ cõsiderare de vacuo: qr cõuenit ꝑm imaginationẽ loco ⁊ motui ⁊ aliis naturalib⁹: ⁊ hoc mouit dicẽtes ipm ad hoc credendũ: ⁊ qr locus est similis vacuo: ⁊ vacuũ em̃ apud dicẽtes ipm esse est locus sine corpore: dixit: ⁊ inter illa est ꝓpinquitas: ⁊ ita inuenimus in libro Alex. in libro aũt nr̃o inuenim⁹ ꝙ inter illa est distãtia: in arabis aũt cõueniũt ꝓpingtas ⁊ distãtia: ⁊ forte est error scriptoris: ⁊ forte distãtia est: qr alterũ est verum ⁊ alterũ est falsuz. ¶ D. d. ⁊ perscrutari quid sit ⁊ vtrũ sit. i. ⁊ pscrutari ꝑmo qd significat hoc nomẽ vacuuz: qm̃ quid est interrogat ad sciendũ significationẽ nominis: ⁊ ista interrogatio precedit iterrogationẽ de vtrũ sit in interrogationibus simplicib⁹. iterrogatio aũt ꝑ quid sit que interrogat de eius diffinitiõe est etiã post interrogationẽ per vtrũ: ⁊ ideo incepit ab iterrogatiõe per qd sit: ⁊ post induxit interrogationem per vtrũ. ⁊ dixit: ⁊ pscrutari ⁊c. i. vtrũ sit aut nõ sit: ⁊ si sit quõ est. ¶ Et forte in hoc sermone est ordo ꝑposterus: ita ꝙ legat sic: ⁊ opʒ ꝑmo perscrutari de vacuo vtrũ sit aut nõ. ⁊ si sit ⁊ quid

Pria expõ Qõ qd nominis p̃cedit qõnẽ si est i iterrogatõib⁹ simplicib⁹. idẽ j. cõ. 57.

Scda expõ

ftes: et quale. ¶ B. d. dicētes eīm vacuū &c. hic dat causā, ꝓpter quā opꝫ nālem ꝯsiderare de vacuo: et q. d. et cā in hoc ꝙ naturalis dꝫ ꝯsiderare de vacuo est: qm̄ dicētes vacuū esse: credūt ipsum esse sicut locus est vas: et cū aliqđ corpus est in eo est plenū: et cum caret illo corpore est vacuū: ita ꝙ cōtingit istis vt locus et plenū et vacuū sint idem ſm subiectū: et diuersa ſm diffinitionē. s. ꝙ cū nihil fuerit in eo dicatur vacuū et ecōtrario. he enim due dispositiones sunt opposites: et si fuerit cōsideratum in respectu eius qđ subijcitur in eo dicetur locus. cū igitur dixit idē intendit ſm subiectum. B. d. sed esse eoꝝ non est idē. i. ſm diffinitionē. vacuum enim et locus sunt idem ſm subiectum: et duo ſm diffinitionem.

Hic sumit aliq ee idē ſbo et diffone distincta. Idē. j. 106. t. 2. de aīa. 147. et q ibi vide h. j. c. 61. t. 99. et 104. et tex. cō. 121.

¶ Incipe aūt opꝫ ꝯsiderationē accipiētes ea q̄ dicunt affirmātes eē: et iteꝝ q̄ dicūt nō affirmātes eē: et tertio cōes opiniones de ipsis. Alij quidē igiť mōstrare tentātes qꝛ nō est: nō ꝙ hoīes volūt dicere: vacuū hoc arguunt: sꝫ peccātes dicūt sicut Anax. et q eodē mō argumētātes. Demonstrāt. n. ꝙ aliqđ sit aer litigātes p tres et demonstrātes ꝙ fortis sit aer: et accipiētes in clepsydrīs. Alij aūt hoīes volunt vacuū esse spaciū in quo nullū est corpus sensibile.

¶ Et opꝫ nos ponere ꝑncipiū ꝯsideratiōis et narrem⁹ qđ dicūt in hꝫ opinātes ipm eē: et qđ dicūt ēt opinātes ipsū nō eē: et ēt res cognitas in eo. Dicam⁹ igiť ꝙ illi qui nitunť ꝓbare ipm nō eē: nō cōtradicūt ei qđ hoīes intēdūt per hoc nomē vacuū: sꝫ ei qđ ipsi intēdūt p hoc nomē peccādo: vt Anax. q iuit sua via ꝯdictione. Probāt. n. aerē esse aliqđ p cōpressionē vtris inflati: et vidēt p hoc ꝙ aer hꝫ ṽtutē: et p inclusionē ei⁹ in instrīs q̄ dīr cantaplore. hoīes. n. intēdūt cū dicūt vacuū dimēsionē in qua nō est corpus sensibile oīno.

¶ Quia principiū perscrutationis nālis est ꝓponere sermones dialecticos sermonibus demrātiuis: et sermones eoꝝ q ponunt vacuū: et qui destruūt ipm sunt tales: et maxīe sermones eoꝝ qui ponūt ipm.

51 Principiū ꝑscrutatōis nālis ē ꝓponere sermones dialecticos ſm onib⁹ demrātiuis. Idē supra. c. 3. et que ibi.

2 ¶ Dixit: et oportet nos ponere &c. i. et ponamus primo perscrutationem de suo esse per prima cognita que naturaliter habemus in ipso: deinde incepit dicere rōnes eoꝝ qui negant ipsum esse: et accusat eos: qꝛ non cōtradixerunt ei. s. ꝙ significat hoc nomen vacuū: ita ꝙ cōtradictio eoꝝ esset cōtradictio vlis: sed cōtradixerunt contradictione particulari. s. ꝙ quidam eorū estimauerunt vacuum eē: et est aer inuisibilis: et hoc intēdebat cū dixit: et nō cōtradixerūt &c. i. qm̄ nō ꝯtradixerūt ei qđ significat hoc nomē vacuū vt opꝫ in

cõtradictionibus demonstratiuis:sz ɔtradixerũt intẽtioni particu/
lari quã ipsi intellexerũt p hoc nomen vacuũ:aut opinabanť ipz eẽ
vacuũ.s.aerẽ:ꝛ hoc sicut dixit:q: exprimebãt vtres inflatos ɔ̃ueq̃
sentiať per tactũ exitus aeris ab eis:ꝛ declarabãt per hoc ꝙ aer nõ
est vacuũ:sed corpus:ꝛ silr faciebãt de intrõitu aeris in cantaplo/
ris.hoc.n.instrm qñ superius claudiť nõ fluit aq̃ ab inferiori ꝛ cũ su
perius aperiť fluit:ꝛ hoc accidit nečio ex introitu aeris in ipsum in/
strumentũ.ꝗ qñ aqua exit ab eo nõ remanet vacuũ:sz succedit aerẽ
ꝛ hoc qd dicũt nõ destruit nãm vacui:sz destruit solũmõ vt aer sit va
cuũ:ꝛ dicẽs vacuũ eẽ põt dicẽ ꝙ est dispersũz ĩ corpib⁹ nõ separatũ ab
eis:ꝛ qd est ẽt separatũ ex mũdũ:ꝛ iõ ista cõtradictio fuit pticularis.

Nota cãm q̃re qñ orifi ciũ supius clypsedre claudiť nõ fluit aq̃.

3 ¶ Deinde induxit descriptionẽ vacui apud dicẽtes ipm esse cui dz
resisti.ꝛ dixit.hõies võ intẽdũt ꝛc̃.ꝛ intẽdit hõies dicẽtes vacuũ eẽ
ꝛ dixit:corpus sensibile ad accipiendũ corpus mathematicuz. non
eñ est dr̃ia inter vacuũ ꝛ corpus mathematicũ:cũ vtrunq̃z sit tres
dimensiones abstracte a materia.

Nõ est dr̃ia īter vacuũ ꝛ corp⁹ mathematicũ: cuz vtrũq̃z sit tres di/ mensiones abstracte a mã ɔ̃ſle.j. cõ.76.

¶ Opinantes aũt oẽ qd est corpus esse/dicunt:in quo
oĩno nihil est illud esse vacuum: vnde plenũ aere va
cuũ esse:igiť non opz hoc demonstrare ꝙ aliqd sit aerẽ
sz ꝙ non est spaciũ alterũ a corporibus:neq̃z separabi/
le:neq̃z ꝙ sit actu:igiť recipiat oẽ corpus:ꝛ ꝙ nõ sit cõ/
tinuum:sicut dicunt Democritus ꝛ Leucippus ꝛ alij
multi physiologoꝝ:aut ꝛ si aliquid extra omne corpus
est cum sit continuum.

¶ Et q: opinabanť ꝙ oẽ ens est corpus:dixerũt ꝙ id
in quo nihil est omnino illud est vacuum:ꝛ ideo vide/
bãt ꝙ illũ qd est plenũ aere est vacuũ:nõ igiť opz de/
clarare aerẽ esse aliqd:sz opz declarare ꝙ nulla est hic
dimẽsio fm dimẽsionẽ corpoꝝ:neq̃z separata:neq̃z exñs
in actu:ita ꝙ misceanť cũ toto corpe ꝛ erit nõ cõtinuũz:
sicut dicit Democritus ꝛ Leucippus ꝛ multi alij q lo/
quunť de natura:neq̃z est aliquid extra corpus vniuer
sale:ꝛ istud corpus est cõtinuum.

52 ¶ Cũ dixit ꝙ significatũ huius nõis vacuũ fm ꝙ ipsi intẽdunt est
dimẽsio in qua nõ est corpus sensibile:ꝛ ista expõ nõis lz semp non
sit dicta ab eis:tñ sequiť ex v̇bis eoꝝ:incepit notificare hoc. ¶ Et
dixit:ꝛ q: opinabanť ꝙ omne ens est corpus ꝛc̃.i.ꝛ q: isti opinabã
tur ꝙ omne ens est corpus sensibile.intendebant p vacuũ illud in
quo nihil est oĩno.i.illud in quo non est corpus sensibile:ꝛ q: pone
bant ipsum esse aliquid ꝛ nõ priuationẽ simplr:sed inane ꝛ vacuuz
cõtingit vt sit dimensio.ergo significatum huius nõis vacuum fm
ꝙ ipsi intelligunt est dimensio in q̃ non est corpus sensibile:ꝛ intẽ/

Antiqui põ nentes va/ cunz existi/ mabant ꝙ oẽ ensẽ cor pus. idẽ.j. t.cõ.57.

dit per dimēsionē tres dimēsiones. ¶ B.d. et ideo videbāt &c.i. et qr opinabant φ vacuū est illud in quo nō est aliqđ sensibile: et aer est insensibilis: crediderunt φ illa que sunt plena aere sunt vacua.
¶ B.d. nō igit opz &c.i. et cū sit declaratū ꝑm opinionē eoꝝ φ significatū huius nois vacuū apud eos est dimēsio in q̄ nō est corpus sensibile: nō opz volētes cōtradicere huic opinioni ṽa cōtradictiōe declarare φ aer est aliqđ corp⁹: sꝫ declarare φ nō sunt hic dimēsiones ꝑter dimēsiones corpoꝝ exñtiū in eis: neqꝫ sepate: ꝑꝫ opiōnē dicentiū φ vacuū iuenit ex oīa corpa et p semeqꝫ exñtes oēs i actu i corporibus: etsi nō separent a corpib⁹: sꝫ innuit a corpb⁹: ita φ nullꝫ corpus sit ꝯtinuū in rei ṽitate nisi ꝑm sensuꝫ: sꝫ in oīb⁹ corpib⁹ sunt foramina plena vacuo: vt Democritus et Leucippus itēdūt et multi alij loquentiū de nā. ¶ B.d. neqꝫ ē aliqd ex corp⁹ totale &c.i. et ꝑꝫ hoc destruet ēt opinio dicētiū φ ex mūdū est vacuū infinitū: et φ in corpe totius non est vacuū: et intēdebat declarare φ cū destruxerit significatū hui⁹ nois vacuū: destruent oēs opiones dicte de vacuo. qui aūt vult destruere vacuū per hoc φ aer est corpus: non destruit nisi vnam opinionem particularem de vacuo. 2

¶ Qui quidē igit non per portaꝫ ad ꝓblema ꝯdicūt: sꝫ affirmātes eē magis: dicūt aūt vnū quidē: q: motus ꝑꝫ locū nō erit: hic aūt est loci et mutatio et augmentū: nō eñ videbit motus vtiqꝫ eē nisi sit vacuū: plenū.n. ipossibile est recipe: si ṽo recipiat et sunt duo in eodē: cōtinget vtiqꝫ et q̄libet simul esse corpora. dr̃ia eñ pp quā nō vtiqꝫ erit qđ dcm̄ est: nō erit dicere. Si aūt ꝯtingit hoc: et paruissimū accipiet maximū. Multa nāqꝫ parua magna sunt: quare si equalia magna multa cōtinget in eodem esse et multa inequalia. Si duo corpora essent i eodeꝫ loco et qlꝫ corpa essent i eodē loco. cōsiste. J.t.c.76.

¶ Isti ṽo non ꝯdixerūt significato ꝑm φ opꝫ: dicētes vero vacuū eē: sermo eoꝝ est ꝯueniētior. Dicūt.n. primo φ mot⁹ localis ipoꝭe ē vt sit sine vacuo: et iste mot⁹ est trāslatio et augmentū et diminutio. Existimat.n. φ ipoꝭe est vt sit mot⁹ nisi sit vacuū. plenū.n. poꝭe est recipere aliqd: qm̄ si recipit: erit poꝭe duo corpa eē in eodē loco: et plura qēlibet isimul. Nō.n. pōt aliqs dicere φ inter hoc et illud est dr̃ia pp quā nō pōt esse sicut est dictum. Et cuꝫ ita sit poꝭe est vt minima rerū recipiat maximā. Magnū eñ diuidit i multa parua. ergo si est poꝭe vt multa equalia sint in eodeꝫ loco: necesse est vt multa inequalia etiam sint in eodē loco.

53 ¶ Cum dixit ꝙ ꝯtradictio eoꝝ qui dixerūt vacuū non esse est debi/lis: incepit inducere rōnes eoꝝ q̄ ponunt vacuum esse ⁊ declarat ꝙ rōnes eoꝝ sunt valde apparētes. ¶ Et dixit. isti 6o ⁊c̄. i. q̄ destruūt vacuum. D. d. dicentes aūt vacuum: sermo eoꝝ est ꝯueniētioꝛ. i. ⁊ rōnes eoꝝ magis ptinēt ad sufficientiam ⁊ apparētiam. D. d. primo vero q2 motus localis non potest esse sine vacuo. i. ⁊ pina rōcinatio eoꝝ est: q2 dicunt ꝙ si vacuū non fuerit non erit motus localis: sed motus localis est. ergo vacuum est: vel si motus localis: sed motus localis ē. g̃ vacuū ē: vel si mot⁹ ē: vacuū ē: s3 mot⁹ ē. g̃ vacuum est. ¶ Et q2 ꝯtinuatio nō est manifesta: incepit inducere rōnes eoꝝ in ꝯtinuatōe. ⁊ dixit. existimat. n. ꝙ impoſſe est ⁊c̄. i. existimat. n. ꝙ vacuum seqtur ex motu: ⁊ cum vacuum non est mot⁹ non est. D. d. plenum enim non pōt recipe aliqd. i. ⁊ existimat: ꝙ si mot⁹ est: vacuū est: qm̄ motum mouet in aliquo recipiente ipsum: ⁊ illud aut est vacuum: aut corpus: ⁊ si corp⁹ tunc corp⁹ recipit corp⁹: ⁊ erūt duo corpora in eodē loco: qđ est impoſſe: ⁊ cū3 impoſſe est vt recipiēs sit corpus. g̃ ē vacuū. ¶ Deinde addidit huic impoſſi improbabilitatē statim: ⁊ dixit: ⁊ multa corpora ⁊c̄. i. ⁊ si sit possibile duo corpora esse ī eodem loco: possibile est plura corpora esse in eodem loco: nō enim pōt aliqs dicere ꝙ ē dr̄ia inter hoc ꝙ vnū corp⁹ recipiet duo corpa aut plura corpora: ⁊ ꝙ ꝑpter illam dr̄iam non est sicut fuit dictum s. ꝙ illud qđ ꝯtingit in duob⁹ corporib⁹ cōtingat in plurib⁹. D. d. ⁊ cum ita sit poſſe est ⁊c̄. i. ⁊ cū sit possibile vt multa corpora subijciā/tur in eodem loco: poſſe est vt maximum corp⁹ subijciat in loco mi/nimi corporis: et vt ꝙ mund⁹ subijciat in loco sinapis: possibile ē corpus maximum diuidi in minima corpora equalia corpori minimo: que oīa penetrant in loco minimi corporis. ¶ Deinde induxit aliđ impoſſe ēt qđ seqtur ex hoc. ⁊ dixit. g̃ si poſſe ē ⁊c̄. i. qn̄ inequalia fiēt equalia. s. maximum subijci in minimo: ⁊ sic deficiet excessus.

Pria rō antiquoꝝ probātium vacuum esse.

Si duo corpora eēnt ī eode3 loco poſſe eēt vt maximum corp⁹ subijciatur loco minimi corporis: vt ꝙ mūdus sbijciat in loco sinapis.

¶ Melissus quidem igr̄ dmōstrat ꝙ oē sit imobile ex his. si. n. mouebit aliqd necesse est dicit esse vacuū: vacuum autem non est eorum que sunt.

¶ Melissus igitur declarauit ex hoc ꝙ totum non mouetur: dixit: quoniam si mouetur necesse est vt sit va/cuum: sed vacuum non est.

54 ¶ Dicit. ⁊ Melissus cum obedit ad vacuum esse si mot⁹ ē ⁊ vacuu3 apud ipm nō est. igitur dixit totum nō moueri: ⁊ cecidit in pei⁹ vacuo: quia negat motum esse.

Melissus tēdit in peius vacuo: quia negat motum eē.

¶ Quodam qdem igr̄ mō ex his demonstrat ꝙ aliqd est vacuum: alio vero mō: q2 vidētur quedā coeūtia ⁊ calcantia: vt vinū dicūt cu3 vtribus recipe dolia: tanq̄3 in ea que sunt vacua coeūte densato corpore. Amplius ⁊ augmētu3 vr̄ fieri oībus per vacuum: alimētum qdē enim corpus esse: duo aūt corpora impoſſe simul esse.

Duo corpora ipoſſe est simul esse.

¶ Iste igr est vnus modus ex quo declat vacuum eē aliqd: ⁊ alius modus ē: qz nos videmus res q̄ cōgregant adinuicem ⁊ ꝯdēsant: dicūt. V.g. vinū: dolia .n. occupant ipm cum albun in exēplari: ⁊ hoc signat hic esse loca vacua ad que corpus ꝯgregat: qn̄ densatur: ⁊ ēt augmentum oēs hoīes existimant ipsum esse mediante vacuo. Dicunt.n. ꝙ nutrimentum est corpus: ⁊ impoſſe est vt duo corpora sint insimul.

¶ Cum declarauit ꝙ vnum eoꝝ ex qbus ꝓbant vacuum esse ē motus translatōis. dicit ēt ꝙ ex dēsitate ꝓbat ēt vacuum. dicūt.n. ꝙ vnum corpus vi ꝯstringi ⁊ fieri minus q̄ erat: ⁊ si vacuum non esset ꝯstringeret vt partes eius inuicem penetrarentur. qđ est impossibile. 55 Scđa rō.
¶ Deinde induxit tertiam rōnem. ⁊ dixit: ⁊ ēt augmētum ⁊c. i. qm̄ nutrimētum: qz est corpus adueniens corpori nutribili: ⁊ penetrās ipm necesse est vt in corpore nutribili sint foramina vacua in qb⁹ intrat cibus: qm̄ si non eēnt illic foramina ꝯtingeret corp⁹ penetrari. Tertia rō.
¶ He igitur sunt tres rōnes: quaꝝ vna est ex motu translatōis. ⁊ scđa ex densitate ⁊ raritate. ⁊ tertia ex nutrimēto: ⁊ impoſſe qđ seqꝛ ex eis ſm existimatōem est vnū. s. corpus penetrari: ⁊ rōcinatio ex vtrib⁹ ē pticularis: ⁊ reducit ad rōnem ex densitate ⁊ raritate.

¶ Testimonium aūt ⁊ qđ est de cinere faciunt ꝙ tātū aque recipit/ q̄ztum vas vacuum esset. ¶ Esse autez ⁊ pythagorici affirmauerunt vacuum ⁊ ingredi ipm in celo ex infinito spiritu tanq̄ respiranti. Et hoc esse vacuum quod determinat naturas reꝝ tanq̄ sit vacuum separatio quedam eoꝝ que sunt ꝯñr ⁊ determinatio: ⁊ hoc in numeris esse primum. Vacuum enim determinare naturam ipsorum.

¶ Et testatur apud eos hoc qđ accidit cineri. recipit enim ex aqua tantuz q̄tuz vas in quo erat cinis. ¶ Et pythagorici dicebant vacuum esse ⁊ qđ per anhelituz intrat celum. celum enim attrahit ipm cum hoc qđ attrahit qn̄ anhelabat ex spiritu infinito. Et vacuum ēt est illud quod distinguit inter naturas: quoniā vacuū est distinctio ⁊ determinatio inter ꝯña: dn̄t ⁊ hoc. p̄rio īuenit in nūeris. vacuū. n. apud eos distinxit nāz eoꝝ.

¶ Et h̄ est alia rō pticularis ⁊ inducūt ipsam ꝑ testimonio dicētes vacuū eē. dn̄t. n. ꝙ idē vas tm̄ capit de aqua: qn̄ est plenum cinere: q̄ntū capit de aqua qn̄ est vacuū: ⁊ hoc nō sum expertus. ⁊ si est sicut 56 Quarta rō pticularis.

Propter qd ē ꝙ vas plenū cine re tm̄ reci/ pit de aqua q̄tū recipe/ ret si vacuū esset.

dicūt: non hʒ aliam cām nisi q: aqua corrūpitur a cinere: et aut fʒ totum. si dixerimus ꝙ inter ptes cineris oēs nō est aer diuisus: ita ꝙ ex eo non remaneat in eo nisi qualitas tm̄: aut corrumpantur ex eo partes alique: ⁊ aer qui est mixtus cū ciner̄ succedūt ex eo ptes ali/ que ⁊ dissoluuntur a cinere alie partes: ⁊ hoc est verius. ❡ Et signū cius est: qm̄ qn̄ cinis exprimitur exit quedam pars aque ab eo: ⁊ si tota: ⁊ qn̄ cinis desiccatur: reuertitur minor q̄ erat. ❡ Et pythago

Quarta rō vlis pythagoricoꝝ.

rici inducebant quartam rōnem vl'em: dicebāt .n. ꝙ cā diuisionis entium ꝯn̄tium .i. non ꝯtingentium est vacuum: ⁊ dicebant: qm̄ si diuisio est: vacuum est. sed diuisio est. ḡ vacuū est. ❡ D. d. ⁊ pytha/ gorici dixerunt vacuum esse. i. ⁊ pythagorici opinabātur vacuū eē penetrans totum mundum per anhelitum ⁊ non separatuꝫ: cū mū/ dus anhelet a spū infinito. s. vacuo.

Quīta rō.

❡ Deinde induxit aliam rōnē ex distinctōe que inuenitur in rebus ꝯn̄tibus. ⁊ dixit. ⁊ est illud qd̄ distinguit inter nās ⁊c. i. ⁊ vacuum est illud qd̄ distinguit inter na/ turas distinctas apud eos. est. n. apud eos cā distinctōis ⁊ determi natōis ꝯn̄tium. ⁊ h̄ p̄mo inuēitur in numeris. i. ⁊ q: ꝯn̄s p̄mo inue/ nitur in numeris ⁊ mediāte numero inuēitur in alijs entibus: dixe/ runt ꝙ vacuum est illud qd̄ distinxit nām numeroꝝ: ⁊ post distinxit naturas rerum per distinctionem nature numerorum.

❡ Capl'ʒ i quo oñdit cōes opin. hoīuʒ d̄ vacuo. Ca. 2.

Ex quibus quidēʒ igr̄ alij dicūt esse: alij vero nō dicūt fere tot ⁊ hmōi sunt. ❡ At qualē aūt se hʒ opʒ accipe qd nomē signat. vr̄ aūt vacuū locus esse in quo nihil est: huius autem causa est: q: qd̄ est: corpus eē opinā tur. oē aūt corpus in loco est: vacuū āt in quo loco nullum corpus est quare sic vbi non est corpus: nihil est hic: corpus aūt opinaṫ esse qd̄ tangiṫ: hmōi aūt est qd̄ hʒ grauitatem ⁊ leuitatē. accidet ergo ex syll'o hoc est vacuum in quo nulluʒ graue aut leue. Hec quidē igr̄ sicut diximus prius ex syll'o accidūt: inconueniēs aūt est si punctum vacuum sit: opʒ. n. locum vacuuʒ esse in quo loco corporis sit spacium quod tangitur.

Diffō vacui

❡ Ista igr̄ ⁊ sil'ia fere sunt per que rōcinanṫ dicentes vacuum esse: ⁊ negātes ip̄ʒ. ❡ Et ē necesse decl'are ꝙ istoꝝ est verum scire signātuʒ huius nois: ⁊ existimatur ꝙ vacuum est locus in quo nihil est: ⁊ cā in hoc ē: q: existimāt ꝙ ens est corpus: ⁊ ꝙ oē corpus est in lo/ co: ⁊ ꝙ vacuum est locus in quo non est corpus: seqṫ igitur ꝙ si aliquod vbi fuerit in quo non est corpus: ꝙ

nihil ſit illic oīno: ⁊ exiſtimant ēt ꝙ oē corpus eſt tangibile: ⁊ illud qđ eſt tale: eſt illud qđ hꝫ grauitatem ⁊ leuitatem. ergo ſequitur ex hoc ꝙ vacuū ſit illud in quo non eſt grauitas aut leuitas. Iſta igitur ſicut diximus ſuperius ſequūtur ſm rōnem: ſed eſt inopinabile: vt punctus ſit vacuum: qm̄ ſequitur vt ſit locus: ⁊ illud ē in quo eſt dimenſio corporis tangibilis.

Dicit hoc igiť qđ narrauimus eſt fere totus ſermo ꝓbantium vacuum eſſe: ⁊ improbantium: ⁊ neceſſe eſt illi q intēdit, 57
declarare ꝙ iſtorum eſt neceſſarium ſcire qđ ſignificat hoc nomen vacuum. ¶ Et dixit hoc: qꝛ ꝑncipium ꝑſcrutatōis per vtrum ſimplex. ſ. vtrū aliqđ ſit: aut non: eſt exponere nomen ꝑ ſermonem cōpoſitū ex aliquo qđ eſt tanq̄ genus: ⁊ alio qđ eſt tanq̄ dr̄ia. Deinde quereť ſi illud genus eſt illi dr̄ia ſi fuerit verificabiť illud queſitum. ⁊ ſi nō: nō vt declaratum eſt in poſterioribus. ¶ D. d. ⁊ exiſtimatū ē ꝙ vacuū eſt locus: ⁊ in quo nihil eſt. i. exiſtimať ſm opinionem eoꝝ: ꝙ hoc nomen vacuum ſignificat apud eos locum in quo nihil ē. ¶ D. d. ⁊ cā in hoc eſt ⁊c. i. qm̄ opinabanť: ꝙ oē ens eſt corpus: ⁊ ꝙ oē corpus eſt in loco: ⁊ ꝙ vacuum eſt locus in quo non eſt corpus: ⁊ ex quo ſequiť ꝙ vacuum eſt illud in quo nihil ē. ¶ D. d. ⁊ exiſtimāt ꝙ oē corpus eſt tangibile ⁊c. i. ⁊ qꝛ ponunt ꝙ vacuū eſt illud in quo non eſt corpus: ⁊ ponunt ēt ꝙ oē corpus eſt tangibile: ⁊ ꝙ tangibile hꝫ grauitatem aut leuitatem: ſeq̄tur ꝙ vacuum ſit illud in quo nō eſt grauitas aut leuitas. ¶ D. d. iſta igitur ⁊c. i. iſta igiť inopinabilia ſequūtur eis q exponunt hoc nomen vacuum tali expōne: ſ. qꝛ ɔtingit eis: ꝙ vacuum ſit aliqđ in quo nō eſt grauitas aut leuitas. ¶ D. induxit vnum inopinabilium ɔtingentium huic poſitiōi: ⁊ dixit: ſed eſt inopinabile vt punctus ſit vacuum ⁊c. i. qm̄ cum ɔtingit eis ꝙ vacuum ſit illud in quo non eſt graue aut leue: ⁊ hec eſt deſcriptio vacui: ⁊ deſcriptio ɔuertiť ſuper deſcriptum: erit verū ꝙ illud in quo nō eſt graue aut leue eſt vacuum: ergo pūctus eſt vacuum: ſed in puncto non eſt graue aut leue. ergo punctus eſt vacuum. ſi igiť pūctus eſt vacuum: ⁊ vacuum eſt locus. ergo pūctus eſt locus: ſed locus eſt diuiſibilis: cum in eo eſt dimēſio corporis tangibilis: ⁊ pūctus eſt indiuiſibilis: qđ eſt inconueniēs: ⁊ hoc intēdebat cum dixit: qm̄ nece ē vt ſit locus ⁊c. i. qm̄ ſeqť ex hoc ꝙ pūctus eſt vacuū: ⁊ vacuum eſt locꝰ apud eos vt punctꝰ ſit locꝰ: ⁊ locꝰ apud eos eſt illud in quo eſt dimenſio corporis tāgibilis: ex q̄ ſeqť vt dimenſiones ſubijcianť in puncto. ſ. diuiſibile indiuiſibile: ⁊ hoc ɔtingit eis: qꝛ negatio ꝑ quā diſpoſuerunt vacuum: eſt negatio vlis per quam non intelligiť natura terminata. ſ. cum dicunt: ꝙ eſt locus in quo non eſt corpꝰ. hoc enim eſt verum de colore ⁊ de pūcto: ⁊ iō illi qui dicūt ipm eſſe dimēſionem in quo non eſt corpꝰ non ɔtingit eis hoc inopinabile: qm̄ dicere ipſum eſſe locum in quo non eſt corpꝰ non ſignificat naturam terminatam: ſicut ſignificat apud dicentes ipſum eſſe dimenſionē in qua non eſt corpus.

Principiū ꝑſcrutatōis ꝑ vtrū ſimplex. ſ. vtrū aliquid ſit: aut nō: eſt expōere nomen ꝑ ſmonē cōpoſitū ex aliq̄ qđ eſt tanq̄ genus. ⁊ alio qđ ē tanq̄ dr̄ia. cōſile ſupra. c. 50.

¶Siquidē igiť videť dici vacuū vno quidez modo: nō plenū sensibili corpe ſm tactū: sensibile aūt ſm tactuz est grauitatē hñs vel leuitatē. Unde ⁊ si dubitauerit aliqs ꝙ vtiqꝫ dicat si habeat hoc spaciū colorē: aut sonū vtrū vacuū an nō: aut manifestū est siquidē corp⁹ accipiat qđ tangiť vacuū esse: si vero nō: minime.

¶Et etiā videmus ꝙ vacuū diciť vno mō illud qđ nō est plenū corpore sensibili ſm tactū: ⁊ sensibile ſm tactuz est illud qđ hꝫ grauitatē aut leuitatē. Quid igiť dicunt. si aliquis interrogauerit eos: ⁊ dixerit: si dimēsio recipit colorē aut sonum qñ percutiť: vtrum sit vacuū aut non: sed est manifestum ꝙ si recipit corpus tangibile: est vacuum: ⁊ si non recipit: non.

58 ¶Cum destruxit descriptionē dicentē vacuū esse locū in quo nō est corpus: reuersus est ad alias descriptiōes. ¶Et dixit. ⁊ videmus ꝙ vacuū diť vno mō ⁊c. i. ⁊ videm⁹ ꝙ vacuū describiť multis modis. Quoꝝ vn⁹ est ꝙ est dimēsio nō plena corpe sensibili ſm tactū. D. d. ⁊ sensibile ſm tactū ⁊c. i. ⁊ ꝯtingit istis ex hoc ꝙ vacuū sit dimēsio in qua nō est grauitas aut leuitas tm̄. ⁊ iō dixit: qd igiť dicūt ⁊c. i. ⁊ dicēduz est dicētib⁹ hoc: qñ ista dimēsio recipit colorez ⁊ sonum: vtrū sit vacuū aut nō. si vacuū tūc vacuū erit vnū entiū sensibiliū non intelligibiliū: qđ nō dicunt. si aūt nō vacuū: tūc vacuuz nō est illud in quo nō est corpus tāgibile tm̄: sꝫ in quo nō est qualitas tangibilis neqꝫ color: neqꝫ sonus. ¶D. d. sꝫ est manifestū ⁊c. i. sꝫ debebent addere in diffōne ꝙ est illud in quo nō est corpus tāgibile: ⁊ recipit illud. nō. n. sequiť vt illud in quo nō est corpus tāgibile sit vacuū: cū celum sit hmōi. s. ꝙ est illđ in quo nō est qualitas tāgibilis. ¶Dixit Alex. ⁊ in alio lib. loco ei⁹ in quo dicit: qđ nō est plenū corpore tāgibili ē: qđ ē plenū corpe tāgibili: ⁊ ſm h̄ intēdūt p illđ aerē aer. n. apud illđ est tāgibile p tactū tm̄ ⁊ apud eos est vacuum: ⁊ iō crediderūt ipm eē tāgibile p tactū tm̄ ⁊ ipm hoc ꝯtradixit eis post cū dixit: qm̄ cū recipit alias q̄litates a tāgibilib⁹: vtrū remāet vacuum aut nō. si igiť remanet: destrueť descriptio. si nō remanet: tunc vacuum recipiet qualitates in loco corporum.

In celo nō ē q̄litas tāgibilis. idē p ⁊. 2. capi/te de sb̄a orbis. Idez p celi. t. c. 20.

¶Alio aūt mō in quo nō hoc aliqd est: neqꝫ subā corporea aliqua. vñ dicūt qdā vacuū esse corpis mā: qdaz nō locū idē dicētes nō bene: mā quidē. n. nō separabilis est in reb⁹: vacuū aūt querūt sicut separabile.

¶Et alio mō diciť illud in quo nō est aliquid demonstratū: neqꝫ substātia corporalis: ⁊ ideo dixerūt quidā ꝙ vacuū est materia corporum: ⁊ isti sunt qui dixerunt

Lfa Argy. Qui qdē ē locū h̄ idez asserūt esse nō recte dicētes. vt pꝫ

etiā φ locus est ista: ꝛ nō bñ dixerūt: mā. n. nō ē sepatā
a reb⁹: vacuū. n. nō pscrutat̃ de illo nisi ſ₃ φ est sepatū.

¶ Et alij describunt ipsum φ est illud in quo nihil est demoustra/
tum neq₃ accidens: neq₃ substantia corporalis: ꝛ qꝛ ista descriptio
cōuenit materie putauerūt quidā φ materia ꝛ vacuū sunt idē: sicut 59
existimauerūt φ locus ꝛ materia sunt idem ꝛ innuit: vt mihi vide
tur Platonē. ¶ B. d. ꝛ nō bene dixerunt ꝛc. i. ꝛ nō bene existimaue
runt: qm̄ cum dicimus φ in materia nihil est demōstratum in actu
nō intelligimus φ possit denudari a rebus demōstratis in actu: sed
intēdimus quidē φ in sua essentia nō est aliquid demōstratū: neq₃
est in se aliqđ demōstratū qm̄ si ita esset: nō reciperet res demoustra
tas: vacuū vero est idē in quo nō est aliqđ demōstratū: ita φ vacuū
inuenit̃ separatū a rebus demōstratis quādo dicunt̃ vacuum.

Plato existimauit φ loc⁹ ꝛ materia sūt idē. cōsile supra cōmen. 16.

¶ Qm̄ autē₃ de loco terminatū est ꝛ vacuum locu₃ ne/
cesse est esse si sit priuatū corpore. Quomodo autē₃ lo
cus est: ꝛ quō nō est/ dictu₃ est. manifestū est: qm̄ sic va
cuum quidē nō est: neq₃ separatu₃: neq₃ inseparabile.
Vacuū eni₃ nō corpus s₃ corporis spaciū esse volunt:

Quō intelligit̃ dictum cōe. v₃ φ in mā nihil ē demonstratū in actu.

¶ Quia ia₃ determinauim⁹ de loco ꝛ est necesse in va
cuo ēt si est poſe vt sit loc⁹ q̄ caret corpe: ꝛ iā narrauim⁹
locū quō est: ꝛ quō nō. manifestū est φ vacuū qđ dicit̃
hoc mō nō est sepatū: neq₃ nō separatū. Vacuū eni₃ nō
est apud eos corpus sed dimensio sine corpore.

¶ Cum destruxit descriptiones dictas de vacuo: incepit declarare ēt 60
φ illud qđ dicit in perscrutatione de loco destruit descriptionē vera₃
vacui que est ipsum esse dimēsionē in qua nō est corpus. ¶ Et dixit
qꝛ iam determinauimus ꝛc. i. ꝛ qꝛ iam declarauimus quid sit: ꝛ quō
nō est: qꝛ declarauim⁹ φ est primū cōtinēs extraneum: ꝛ φ non est
hoc dimensio existens per se separata a corporibus: neq₃ nō separa/
ta sed mixta est eis: ꝛ vacuū si sit: nihil aliud est q̄ dimensio separa
ta: manifestu₃ est φ vacuum nō est. ¶ Et cum dixit separata: neq₃
inseparata intēdit ſm opinionē dicentiū φ vacuum est separatu₃
a corporibus. ꝛ ſm opinionē dicentiū φ est mixtum cum corporib⁹ ꝛ
ꝛ non separatū ab eis. ꝛ cum dixit: vacuum eni₃ apud eos ꝛc. innuit
etiā modum ex quo contingit vt non inueniat̃ dimensio per se. illud
enim qđ inuenit per se est corpus. dimensiones vero inueniuntur in
corporibus: ꝛ qꝛ vacuum est dimensio existens per se: sequitur vt nō
sit: quoniā si esset/ tunc predicamentum q̄titatis esset separatum: ꝛ
tunc q̄titas esset separata a substantia.

¶ Unde ꝛ vacuū₃ videt̃ esse aliquid qꝛ ꝛ locus: ꝛ pp
hoc acceptū est: cōuenit eni₃ motus qui ſm locū est: ꝛ
locum dicētib⁹ esse aliquid preter incidētia corpora: ꝛ
his qui quidē dicunt φ vacuū est: causam autē motus

opinant vacuū esse sic:sicut in quo mouet:hoc autem erit:quare locum dicunt quidam esse.

¶ Et ideo dicunt q vacuū est aliquid:qr locus ēt est aliquid:ꝛ eisdē causis dicunt hoc q vacuū est: motus enī in loco coegit dicētes locū esse aliquid aliud a corporibꝰ que subijciunt in eo ad dicenduz hoc:ꝛ coegit dicētes vacuū esse ad dicēdum hoc. Qui enī existimauit vacuum esse causam motus:existimauit ipsū esse illud in quo mouetur res mota:ꝛ ideo dixerūt quidā q hoc est tanq̄ locus.

Motꝰ in loco coegit dicētes locū esse aliquid aliud a corporibꝰ que subijciūtur in eo.

61 ¶ Dicit:ꝛ qr existimāt q locus ꝛ vacuum sunt idem:ꝛ locus apud eos est aliquid:existimant etiam hoc modo vacuum esse aliquid.i. ens. D.d.per easdem cās.i.ꝛ per easdē causas crediderunt locū esse ꝛ vacuum esse.ꝛ existimauerunt ea esse vnum sm subiectum:ꝛ duo sm modum. ¶ D.dedit causam ex qua existimauerunt hoc:ꝛ dixit motus enim in loco coegit ꝛc.i.quoniā motus est illud qd induxit homines ad credendū locum esse:ꝛ vacuum esse:sed opinari locum esse ppter motum est vera opinio:opinari vero vacuum esse propter motum est falsum:ꝛ similr hoc qd opinant ex hoc q vacuum est locus:est falsum. D.d.qui enim existimauit ꝛc.i.qui enim existimauit vacuū esse causam motus:existimauit hoc: qr reputauit ipsum esse illud in quo res mota mouet:sicut reputat de loco:ꝛ ideo dixerunt q vacuum ꝛ locus sunt idē. ¶ Et cum dixit q motus induxit eos ad dicendū vacuum esse/incepit cōtradicere eis.

Crediderūt antiq locū ꝛ vacuū idē esse sm sbm Idē.ē.cō. 50.ꝛ infra.65

Motꝰ est illud qd induxit homines ad credendū locū eē ꝛ vacuū eē. Sz opinari locū eē pp motū est vera opio:opinari vo vacuū esse pp motū ē falsū. Idē.ē. cō.3.ꝛ.38.ꝛ ibi.

¶ Neq aūt vna necessitas est si motus est eē vacuum: oīno quidē igit oīs motio nequaq̄:vn̄ ꝛ Melissuz latuit:alterari nāq cōtingit plenū:sed neq ꝛ sm locum motū.similis enī subingredi adinuicē cōtingit:lz nullum spaciū extra sit pter corpa mota:ꝛ hoc manifestuz est ꝛ in cōtinuoꝝ reuolutiōibꝰ sicut his q̄ sunt hūidoꝝ.

¶ Et nō est hic necessitas cogēs:si fuerit motus vt vacuum sit:qm̄ vlr nō est hoc necessariū de oī motu:ꝛ hoc ignorauit Melissus.posse enī est vt plenum alteret:ꝛ postea qm̄ neq est necessariū in motu locali. possibile enim est vt ambo cōgregent:ꝛ sic corpa mobilia cedūt sibi in locis adinuicē absq eo q hic sit dimensio separata preter dimensionē eorum:ꝛ hoc est manifestuz in cursu corporum continuorum etiā:ꝛ similr etiā in cursu corporum humidorum.

℄ Dixit. ⁊ nõ est hic necessitas cogẽs: si motus fuerit vt sit vacuũ. 62
Primo vero qm̃ si vtamur motu vl'r ⁊ cõtinuo hoc manifestũ est. s.
ꝙ vacuũ nõ est necessariũ ĩ omni motu. mot⁹ eniꝫ alteratiuus aut
indiget pleno de necessitate: aut nullus existimat ipm̃ indigere va/
cuo: ⁊ hoc est manifestũ per se. ⁊ hoc ignorauit Melissus: cuꝫ dixit ꝙ
totũ est imobile oĩno quolibet genere motus: q2 nõ est vacuũ.
℄ Et cum declarauit ꝙ manifestũ est per se: ꝙ non oĩs motus facit 2
existimari vacuũ esse: incepit declarare etiã ꝙ neq3 ex motu in loco
sequit̃ vacuũ esse. ⁊ dixit: ⁊ postea ⁊c. i. ⁊ postea si cõcesserim⁹ ꝙ ipsi
nõ ꝓbant vacuũ ex omni motu: sed ex motu locali. apparebit etiaꝫ
ꝙ hoc nõ sequit̃ etiã in motu locali: qm̃ poſſ est motũ localẽ esse sine
vacuo: ⁊ hoc intendit cum dixit. poſſ enim est vt duo cõgregent̃. si
motum esse: ⁊ vacuũ nõ esse. D. d. quõ. ⁊ dixit. s. corpora mobilia ce/
dãt sibi ⁊c. i. ⁊ hoc erit ita ꝙ omnia corpora mobilia quãdo aliquod
corpus eorum mouet̃ cedat ei in loco aliud corpus ad quẽ transfer/
tur: ⁊ illi aliud absq3 eo ꝙ ibi sit dimensio separata: in qua motum
moueat̃ preter dimensionẽ corporum mobilium.
℄ Deinde narrauit ꝙ iste modus qualitatis translationis mobi/
lium manifestius est de causis sensibilibus. ℄ Et dixit. ⁊ hoc manife 3
stum est in cursu ⁊c. ⁊ intendit per corpora cõtinua cõtingentia. ista
enim quãdo mouent̃ cedunt sibi adinuicẽ: ⁊ si non impediret̃ mot⁹. Prima expõ
⁊ intẽdit per corpora humida motũ partiũ aque ⁊ aeris. ptes enim
istoꝝ mouent̃ qñ cedũt sibi in loco adinuicẽ: ⁊ sil'r ista corpa cedũt
in loco naturalr reb⁹ que mouent̃ in eis. s. mobilib⁹ in aqua ⁊ aere.
℄ Et forte intẽdit p hoc qd̃ dixit in cursu corporũ ꝯtinuoꝝ: corpora
mobilia sm̃ ptes sicut aqua ⁊ aer, ⁊ p hoc qd̃ dixit: ⁊ sil'r in cursu cor Scd̃a expõ
porum humidoꝝ intẽdit ꝙ hoc manifestũ est ẽt in cursu corporũ hu
midoꝝ. s. qm̃ mot⁹ eorum est per motus rerum in quibus mouent̃.

℄ Cõtingit aũt ⁊ densari nõ in vacuum: sed ꝓpterea
ꝙ ea que insunt illabunt̃: vt aqua collisa aere cũ inest:
⁊ augmẽtari nõ solum ingrediẽte aliquo: s3 ex altera/
tione: vt si ex aqua fiat aer: oĩno aũt ⁊ que est d̃ augmẽ
to ratio: ⁊ in cinerẽ diffuse aque ipsa seipsaꝫ impedit:
aut. n. nõ auget̃ qd̃libet: aut nõ in corpe: aut contingit
duo corpora in eodẽ esse: dubitationẽ igit̃ cõem volũt
soluere: sed nõ vacuũ demõstratur sicut est: aut omne
eẽ corpus necessariũ vacuũ si penitus augetur: ⁊ auget̃
per vacuum: eadẽ enim ratio ⁊ in cinere est.
℄ Et poſſ est ẽt corp⁹ cõdẽsari nõ ad vacuũ: s3 q2 illd̃
qd̃ est in eo dissoluit̃ ⁊ exit ab eo. U. g. qm̃ qñ aqua dis
soluit̃ ⁊ exit ab ea aer qui est in ea: ⁊ poſſ est corp⁹ au
geri: q2 aliquid intrat ipm̃ tm̃: s3 augetur p alteratõẽ ⁊.
etiã. U. g. qñ aer gñat̃ ex aqua: ⁊ vl'r sermo de augmẽ/

Augmẽtari cõtingit nõ solũ ingrediẽte aliq. sed ex alte/ ratione.

to ⁊ sermo de aqua que fundit̄ in cinerem destruūt se
adinuicē: quoniā aut nihil augef: aut augmētum eius
nō fiet per corpus: aut duo corpora congregētur in lo/
co. Ipsi igitur per hoc qd̄ dicūt: nō declarāt vacuū esse:
sed querunt dissoluere questionē cōem nobis ⁊ illis: ⁊
ideo oportet etiā vt corpus sit vacuū cum totuʒ auge/
tur: ⁊ augmentuʒ sit mediante vacuo: ⁊ hoc idem di/
cimus de cinere.

63 ¶ Cum declarauit ꝙ nō sequit̄ si motus sit vt vacuū sit vt proban
tes vacuū esse existimauerūt: incepit ēt declarare ꝙ neqꝫ ēt sequit̄
ex densitate ⁊ raritate. neqꝫ ex augmēto ⁊ diminutiōe. ¶ Et dixit:
ℭ Cum poſuit ꝙ motus qui ſunt vnus in ſpecie: ſunt illi/quibꝰ illud ad qđ motū moueť eſt idem in ſpecie: ⁊ nō exiſtimať ꝙ iſti motꝰ ſunt cōuenientes ſm ſpēm: ſꝫ motus qui moueť de eodē in idē: ſꝫ in tēporibus diuerſis: induxit qōnem ſuper hoc. ℭ Et dixit. ⁊ eſt hic locus qōnis. i. ⁊ queriť quādo aliqđ idem trāſfertur de eodē loco in eūdē locum multotiēs. Uerbi grā. de puncto. b. ad punctū. c. vtrū iſti motus numerenť in illis qui ſunt idē ſpecie aut nō: qm̄ ſi ponať ꝙ motus qui fuerit de vno pūcto ad vnū punctū ſunt ꝯuenientes in ſpecie: ⁊ eſt poſſe vt motū moueať de eodē puncto ad idē punctuꝫ motu recto ⁊ motu circulari: cōtingit ex hoc vt motus circularis ⁊ rectꝰ ſunt idem ſpecie: qđ eſt impoſſe. ⁊ ſi ponať ꝙ ſunt idem numero cōtinget vt tēpus eoꝝ ſit idē numero: qđ eſt impoſſibile. ℭ Et cum induxit queſtionem incepit diſſoluere illam. 32

ℭ Aut determiatū eſt id in quo eſt: ſi alterū eſt ſpecie: qm̄ alter motꝰ eſt. Circulare aūt a recto alteruꝫ ſpē eſt. Genere quidē igiť ⁊ ſpecie motus vnus ſic eſt. Circulare a recto alterū ſpecie eſt.

ℭ Ad hoc igiť dicamus qm̄ iam determinauimꝰ: ꝙ illud in quo eſt motꝰ cuꝫ fuerit in ſpē: motꝰ erit aliud in ſpē. Et aliud circulare eſt ēt aliud ſpecie a recto. Scđꝫ hoc igiť diciť ꝙ motus eſt vnus in genere ⁊ ſpecie.

ℭ Quia motus recti diuerſanť ſm illud ex quo: ⁊ ad qđ: ⁊ in motu circulari non eſt ex quo ⁊ ad qđ: ⁊ eſt dictū in diffōne motus qui eſt idē in ſpē ꝙ eſt ille in quo illud ex quo: ⁊ illud ad qđ ſunt idē ſpecie in numero plura ſm tpꝰ. ℭ U. g. motus qui eſt ex eodē puncto ad idē punctū: aut plures motus cadētes inter duo pūcta in tēporibꝰ diuerſis accidet queſtio pdicta: qm̄ poſſibile eſt vt inter duo pūcta demonſtrata ſit motus circularis ⁊ rectus. ⁊ ſilr poſſibile eſt vt inter duo loca ꝯueniētia alijs duobus locis cadant duo motꝰ: vnus rectus ⁊ alius circularis. ⁊ ſic accidit queſtio. ℭ Cum igitur in diffinitione dicať loco eius qđ eſt ad qđ ⁊ ex quo: illud qđ eſt in quo eſt motus ſcꝫ ꝙ idem motus in ſpecie: eſt ille in quo idem in quo eſt motus eſt idem in ſpecie: diſſolueť queſtio qm̄ duo motus qui ſunt ex eodem loco ad eundē locuꝫ: quoꝝ vnꝰ eſt rectus ⁊ alius circularis nō erunt in eodē. ſ. per idem: qm̄ rectus erit per lineā rectā ⁊ circularis per rotūdā. ⁊ circulare eſt aliud a recto in ſpecie. ℭ Et ideo dixit. Dicamus igitur quoniā iam determinauimus ꝙ illud in quo eſt motus cuꝫ fuerit aliud in ſpecie/motus erit alius in ſpecie. Deinde dicit ⁊ circulare eſt aliud a recto ſpecie. i. ⁊ iſti diffinitioni eiuſdem motus in ſpecie non contingit queſtio: quoniam illud in quo eſt motus rectus eſt aliud ab illo in quo eſt circularis econtrario ſ. p̄ſme diffinitioni. 33 Aliter I circulo. Qōnis ſolo

ℭ Simpliciter aūt vnus motꝰ eſt qui ſubſtātia quideꝫ vnus ⁊ numero eſt; quis autē huiōi ſit/manifeſtuꝫ eſt

Tria sunt circa que ē motus.

diuidentibus. ¶ Tria enim sunt ſm numerū circa que dicim⁹ motum vnū qḋ: ⁊ in quo: ⁊ qñ. Dico aūt qḋ: qm̄ necesse est esse aliqḋ qḋ mouet: vt hominē, aut aurū. Et in aliquo hoc moueri: vt in loco aut in passione. Et quādo in tempore eniꝫ omne mouet.

Ōe qḋ mouet in tpe mouet.

¶ Et dicitur ꝙ motus est vnus simpliciter cum fuerit vn⁹ in se ⁊ in nūero. Et declarat qꝫ mot⁹ est iste mot⁹ ſm diuisionem. ¶ Illa enim in quib⁹ dicit mot⁹ sunt tria: res: ⁊ quo est: ⁊ qñ. Et intentio ei⁹ est qm̄ necesse est vt sit hic aliqḋ motuꝫ. V.g. hō, aut auruꝫ. Et vt motus istius rei sit in aliquo. V.g. in loco: aut in passiōe. Et vt sit qñqꝫ: qm̄ omne qḋ mouetur: mouet in tpe.

34 ¶ Cum declarauit qd est idem motus genere ⁊ specie: incepit declarare qd est idem mot⁹ simplr. ¶ Et dixit: ⁊ cuꝫ fuerit idem in se. i. in sua sb̄a: ⁊ dixit: ⁊ in numero: qm̄ motus qui est ideꝫ in sb̄a: ⁊ alius est genere: ⁊ alius specie: ⁊ alius numero: ⁊ innuit ꝙ diuisio qua vsus est in motu: ē diuisio in sb̄a ei⁹: qm̄ illud qḋ significat hoc nomē: vnū: ⁊ essentia: ⁊ quiditas in istis rebus, est idem. D. d. ⁊ declarat ⁊c. i. ⁊ ſm diuisionē motus in motus qui cōueniunt: ⁊ differūt in reb⁹ tribus: ex quib⁹ cōstituit motus declarabit qd est motus vnus in numero. ¶ Et cū narrauit ꝙ ex ista via pōt dclarari quid est vn⁹ motus in numero: icepit declarare hoc: ⁊ dixit: illa .n. in quib⁹ est motus ⁊c. i. illa .n. ex quibus cōstituit motus sunt tria: res mota: ⁊ res in qua est mot⁹. V.g. vbi in trāslatione qḋ est genus: in quo est motus: ⁊ hoc intēdebat cuꝫ dixit: ⁊ res in qua est: ⁊ intendit per qñ tēpus: qm̄ ex istis tribus fit motus. ¶ Et cum numerauit ista tria: ex quibus cōstituit motus: dixit: ⁊ intentio eius est ⁊c. i. ⁊ hoc est ita: qm̄ manifestū est per se: ꝙ necesse est vt in oī motu sit aliqḋ motum. V.g. hō ⁊ frustuꝫ auri: ⁊ vt motus sit in aliquo. V.g. in loco: aut q̄litate: ⁊ intēdit per illud in quo est motus māam motus in qua est motus sicut formā: ⁊ hoc manifestū est ꝙ nō mouet: ⁊ hoc distinctū est apud perscrutationeꝫ eius qḋ est vtrū motus hꝫ motū. D. d. ⁊ vt sit qñ. i. in tpe: ⁊ hoc declarabit in sexto. ⁊ existimat ꝙ aliquātuluꝫ: ⁊ ex eo declaratū est in sermone de tēpore.

Illḋ qḋ signt h nom vnū ⁊ eēntia ⁊ quiditas in istis reb⁹ ē idē. vid̄ ꝯsimile. 4. meta. tc. cō. 3.

Motus cōstituitur ex tribus. s. re mota: illo ī quo ē mot⁹ ⁊ tpe: sꝫ oppositū. d. 8. cō. 3. vbi dixit ꝙ mot⁹ nō ꝯstituit ex tpe: quia tps ē d acci dētib⁹ motus. tñ vid̄ ꝯsileꝫ sniaꝫ huic in. 8. ph. t. c. 64.

¶ Horum auteꝫ trium genere quidem: aut specie esse vnum est in re in qua mouet: habituꝫ aūt erat in tempore. Simplr aūt vnum esse in oībus his est. Et nāqꝫ in quo est vnuꝫ oportet esse ⁊ indiuisibile: vt speciem. Et qḋ est aliqñ vnum tempus: ⁊ non deficiens. Et qḋ mouet vnū esse nō ſm accidens: vt albuꝫ nigruꝫ fieri: ⁊ coriscum ambulare: vnuꝫ aūt est: ⁊ corisc⁹ ⁊ album:

sed ſm

sed ſm accidens. Neqꝫ cõmune: eſſet enĩ duos hoĩes ſimul ſanari ſm eandeꝫ ſanitatẽ: vt ophtalmie: ſed non vnus hic eſt: ſed ſpecie vnus eſt.

¶ Et motũ eſſe idem in genere: aut ſpecie: eſt ex iſtis reb⁹, in quib⁹ eſt motus: ⁊ ſequitur hoc vt ſit in tẽpore: aut vno: aut pluribus. Ipſum aũt eſſe eundem ſimpliciter eſt in omnibus iſtis. Illud enim in quo eſt mot⁹ debet eſſe vnum. ſ. indiuiduum demoſtratum. V. g. in ſpecie. ¶ Et qñ. V. g. qm̃ tẽpus debet eſſe vnũ ſine defectu. Et motum debet eſſe vnum non per accidens. V. g. vt albus niger fiat: ⁊ ſoꝛ. ambulat: ⁊ albus ⁊ ſoꝛ. ſunt idẽ: ſed per accidẽs. Neqꝫ cõe: qm̃ poſſibile eſt vt homo ſanetur vna ſanitate ab ophtalmia oculi: ſꝫ iſte motus nõ eſt vnus niſi in ſpecie.

Ad vnitatẽ nũeralẽ motus tria reqruntur.

¶ Cum declarauit qd eſt motus vnus in genere ⁊ in ſpecie: ⁊ declarauit ꝙ vnus motus ſimpl'r ſcitur per diuiſionẽ eius in illa: ex quibus ſit motus: ⁊ notificauit illa eſſe tria: incepit declarare qñ motus erit vnus in genere: ⁊ in ſpecie: ⁊ in numero ſm iſta. ¶ Et dixit: ⁊ motuꝫ eſſe vnum in genere ⁊ ſpecie ⁊c̃. i. ⁊ motus erit vnuꝫ in genere: aut in ſpecie ſm illud in quo eſt motus ⁊ motuꝫ. ¶ Et dimiſit diuiſioneꝫ quã innuit in motu: qꝛ iam eſt declarata: quoniã anteꝙ inciperet ad declarãdum iſtos motus ſm cõuenientiã ⁊ diuerſitatem eoꝛuꝫ in iſtis rebus: deberet incipere a diuiſione: dicendo ꝙ oĩs motus: aut nõ cõuenit in aliquo iſtoꝛum: aut cõuenit in quibuſdam: aut in oĩbus. deinde conuenĩetes: aut ſunt cõuenĩetes in genere: aut ſm ſpẽm: aut ſm numeruꝫ: ſed qꝛ hoc intelligit̃ ex hoc qđ dixit: ⁊ eſt manifeſtũ per ſe: incepit determinare ſpecies eius: ⁊ numerare diuiſiones vtiles ad ſciendũ ſm quot modos dicit̃ vn⁹ motus. ¶ Et dixit: ⁊ vnuꝫ motũ eſſe in genere ⁊c̃. i. ⁊ motus eſt vn⁹ in genere: aut in ſpecie ſm illud in quo eſt motus. ſ. in nã in qua eſt motus: ⁊ qñ ſi illa nã fuerit vna ſm genus. V. grã. qualitas: aut vbi motus erit vnus ſm genus: ⁊ ſi illa nã fuerit vna ſm ſpeciem mot⁹ erit vnus ſm ſpecieꝫ. V. g. vt duo motus ſint albificatio ⁊ nigrificatio: aut trãſlatio. ¶ Et qꝛ hmõi motus vnus in genere: aut vn⁹ in ſpecie nõ eſt neceſſe vt ſit vnus ſm tẽpus: dixit: ⁊ ſequit̃ tempus hoc. i. ⁊ accidit hmõi motibus vt ſint in tẽpoꝛe: aut vno: aut pluribus vno. ſ. ꝙ nõ eſt neceſſe a in eſſe eiuſmodi motus in gñe: aut in ſpecie ſm ꝙ eſt vnus in eis: vt ſint in vno tẽpoꝛe: ſed hoc ſequit̃: ⁊ accidit nature motus: ſm ꝙ eſt motus. ſ. vt ſit in tẽpoꝛe: nõ ꝙ motus qui dicetur per tẽpus. ¶ Et cum declarauit diſpoſitionẽ eſſentialem qua mot⁹ eſt vnus in genere: aut in ſpecie ab accidentali. i. a diſpoſitiõe accidentali: incepit declarare illa que ſunt neceſſaria in eſſe eiuſdem motus ſimpl'r: qui eſt vnuꝫ ſm numerũ. ¶ Et dixit:

35

Occurrit tacite obtioni qua aliqs poſſet dicere Ari. fuiſſe diminutum.

a Nõ eſt neceſſe in eſſe eiuſmõi motus in gñe: aut ĩ ſpẽ ſꝫ ꝙ eſt vn⁹ in eis vt ſit in vno tpe: ſꝫ hoc accidit nãe mot⁹ ſꝫ ꝙ ẽ mot⁹. ſ. vt ſit ĩ tpe: nõ ꝙ mot⁹ q dicet̃ per tps. vid̃ ꝯſimile. s. cõ. 3. ⁊. 4. h⁹ ꝯ. 98. ⁊ q̃ ibi.

Sed vid op positum. 8. phy. cō. 82. qr vr ꝙ ista tria nō sufficiāt ad vnitatē nūeralem mot' &c.

Licet illd i quo est motus sit vnū numero: et similr res mota sit vna nūero: si tñ moueat in tpib' diuersis: tūc motus ei' non erit vn' numero: lz oppositū vr dicere cō. sequenti ſm primā expositionem.

ipsum aūt esse vnū simpliciter &c. i. motū autē esse vnum simpliciter est vt sit vnus simplr. et in omnib' istis tribus. s. vt sit vn' motus numero in moto: et in eo in quo est motus: et in tēpore. ¶ Deinde incepit declarare hoc: et incepit ab illo in quo est motus: et dixit: illud enim in quo est motus &c. et hoc est ita: qr si motus est vnus numero: necesse est vt illa natura in qua est motus sit vna numero. s. indiuiduū demonstratū speciei illius nature: et hoc intendebat cū dixit. V. g. in specie. i. V. g. aliqd indiuiduū indiuiduorū speciei illius in qua est motus. ¶ Et cum narrauit ꝙ est necesse in vno motu ſm numerū vt illud in quo est motus. s. in quo motus sit vnū numero: incepit declarare etiā ꝙ necesse est ꝙ tēpus sit vnum numero. ¶ Et dixit: et qn̄ &c. i. etiā necesse est vt temp' sit vnū numero sine defectu. i. ꝙ in ipsū nō cadat quies: sed erit cōtinu': quoniā tunc nō esset vnus motus: qr tēpus eius nō esset vnum. quoniā illud in quo est motus lz sit vnū numero: similr res mota si mouebitur in tpibus diuersis tūc motus eius nō erit vnus in numero. ¶ Deinde induxit tertium necessariū: et est ꝙ res mota dz esse vna numero: et hoc essentialiter: nō accidētaliter: et dixit: et motum est vnū nō per accñs &c. i. et in hoc ꝙ motus sit vnus in numero: necesse est ꝙ res mota sit vna in numero nō per accidēs: quoniā si fuerit vna per accidēs: tune erit possibile vt moueat duobus motib' insimul in eodem tēpore. V. gr̄a qm̄ albus et sortes sunt idē per accidens qn̄ accidit ꝙ sor. sit albus: et ideo possibile est hoc vnū per accidēs moueri duobus motib' insimul: vt niger fiat ſm ꝙ est album et ambulet ſm ꝙ est sor. ¶ Deinde dixit: neqꝫ cōe: et intēdit illud in quo est motus: qm̄ cum declarauit ꝙ necesse est vt illud in quo est motus: et etiā temp' sunt vnū in numero: vult declarare ꝙ temp' esse vnū numero nō sufficit in hoc: ꝙ motus sit vnus numero: cum illud in quo est motus fuerit cōmune nō vnū numero: et quasi dicit: et impossibile est si illud in quo est mot' fuerit cōmune: vt motus sit vn' numero: licet temp' sit vnum numero. quoniā possibile est vt duo homies insimul sanētur ex vna infirmitate in specie in vno tēpore: tñ sanatio eorum nō erit vna in numero: sed in specie. s. motus quo mouentur lz tempus sit idem.

¶ Socratem autē ſm alteratione eandem alterari specie: in alio autē tēpore: et iterum in alio. Siquidē cōtingit corruptū iterum fieri vnum numero: erit et hic vnus. Si vero non: idem quidem specie: vnus autem numero non.

¶ Si autē sor. alteratur eadē alteratione in specie: sed hoc in aliquo tēpore: deinde iterum in alio tempore. Sed si possibile est vt illud qd iam corruptū est reuertatur: et fiat vnum in numero: tunc motus possibile est vt sit etiā vnus. Et si illud fuerit impossibile: mot' erit ille idem: sed nō vnus.

36 ¶ Hec est qđ circa hoc qđ dictum est: ꝙ in hoc ꝙ motus sit vnus numero: necesse est vt tẽpus sit vnum numero: qñ põt aliquis dicere ꝙ cum idem motũ mouetur codẽ motu in specie vna vice post alteraz.i.pluries. V.grã. vt modo moueat̃: deinde quiescat: ⁊ inde reuertat̃ ad illum motuz quo mouebat̃ prius: qm̃ ille motus secũdus ⁊ prim⁹ sunt vnus in numero: codezmõ in generatiõe ꝙ cum idem indiuiduũ corrũpitur: deinde reuertit̃: ⁊ sunt vnum in numero. ¶ Et ideo dixit: si autẽ sor. ⁊c̃.i. sed cuz posuerimus ꝙ sor. mouetur in aliquo vno iteruz post primaz vicem. V.g. alteratur iterum post: aliud aũt transfertur: tunc si corruptũ qñ reuertitur est vnuz in numero motus sor. qui reuertit̃ postꝙ̃ quies interuenit est vnus: ⁊ si illud nõ fuerit: hoc non erit. ⁊ hoc intẽdebat cum dixit: si igitur possibile est ⁊c̃.i. motus sor. qui fuit modo: ⁊ post reuertit̃ possibile est vt sit vnus. ⁊ ideo dixit post. si igitur illud fuerit impossibile ⁊c̃. hoc igitur est vnũ eorum quepñt intelligi ex hac q̃õne. ¶ a Et forte intendit per hanc questionẽ venire ad questionẽ de motu cõtinuo: qñõ motus est cõtinus cuz hoc ꝙ in omni motu quedam pars corrumpit̃ ⁊ quedã generat̃: ⁊ cuz corruptuz nõ reuertit̃: nõ est hic vnus motus in numero: ⁊ s̃m hanc expositionẽ est cum dixit: tunc motus possibile erit vt sit: intendit. si igitur est possibile vt illud qđ est corruptũ reuertat̃ ⁊ fiat vnuz in numero: possibile erit vt sit hic vnus mot⁹ in numero. ⁊ si illud fuerit impossibile: nõ erit hic vnus motus in numero. sed impossibile est vt generatum ⁊ corruptum sint idẽ numero. ergo ĩpossibile est vt vnus mot⁹ sit in numero: vt si sit vnius subiecti numero: ⁊ in codẽ: ⁊ cõtinu⁹: ⁊ hoc erit finis huius q̃õnis. Si aũt cõcesserim⁹ ꝙ illud qđ generat̃ post corruptionẽ est vnum numero: nõ sequit̃ vt motus cõtinu⁹ sit vnus motus tm̃. sed etiaz mot⁹ inter quos est quies: cuz subiectũ eorũ fuerit vnum numero: ⁊ illud in quo est motus fuerit etiaz vnum numero. ¶ Et videt̃ si ista q̃stio intelligatur de motu continuo. ꝙ differẽtia inter partes motus cõtinui: ⁊ motus qui reuertunt̃ iterum post alium sit hec. s. ꝙ generatũ ⁊ corruptuz in istis motibus vtrũq; distinguitur a reliquo per quietez interiacentez: in motu vero cõtinuo generatum nõ distinguit̃ a corrupto neq; demonstrat̃: sed est vnum. possibile est igitur dicere s̃m hoc ꝙ motus continu⁹ est vnus numero: sed modo magis diminuto ꝙ̃ modo quo dicimus in re quiescente ipsam esse vnam: s̃m numeruz. ⁊ si intendit per hunc sermonem dubitare de motu qui est iterum post primuz: dissolutio est manifesta: cum fuerit concessuz ꝙ generatuz ⁊ corruptuz non sunt idem in numero. ⁊ hoc manifestum est per se. ⁊ illud quod dixit post: significat ꝙ non intendit nisi querere de motu continuo. quasi dicat. si igitur posuerimus ꝙ sor. transfertur. iterum post primuz si fuerit possibile vt illud quod est corruptuz reuertatur: ⁊ fiat vnum in numero: tunc motus iterat⁹ potest esse vnum in numero nedum continuus. ⁊ sic est intelligendus iste locus. ⁊ sic non accidet questio valoris in hoc: ꝙ cum aliquid fuerit corruptum ⁊ post reuertatur ꝙ non est idem in numero. ¶ Et q̃ ita est dixit. si autem sor. ⁊c̃. s. sed cum posuerimus ꝙ sortes mouetur in aliquo vno iterum post aliud. Verbi gratia. ꝙ alteretur aut transferatur iterum post aliud

Pria expõ

Q̃õnis solo

Si corruptuz qñ reuertitur est vnũ in numero mot⁹ sor. postꝙ̃ q̃es iteruenit est vn⁹. Sz vide oppositũ. c. precedenti vt ibi notaui.

a Expositõ Themistij.

Q̃uõ p̃t eẽ vn⁹ motus continuus cũ ptes motus ɔtinue corrũpant̃.

nunc si illud qd iam est corruptũ revertatur: et fiat idẽ in numero: tũc motus sor. qui heri fuit revertetur idem. qd est impossibile. ¶ Et forte ista expositio est difficilior: et manifestius est ex verbis eius hoc qd ipse intẽdit declarare: qꝫ nece est in hoc qꝫ vnus motus sit qꝫ tps sit vnũ: sed fecit qõnẽ de cõtinuo: aut forte intẽdit vtrũqꝫ: qm ex illis que dicit post apparet qꝫ ipse fecit questionẽ de continuo: quoniam due questiones sunt similes.

¶ Habet autem dubitationẽ huic similẽ: et vtrũ vna sanitas et oĩno habitus et passiones substantie sint in corporibus: moveri nãqꝫ videntur habentia et fluẽtia. Si igitur eadem et vna que diluculo: et nunc est sanitas: quare non et cum non deficiens accipiat iterum sanitatem/ et h et illa vna numero erit.

¶ Et est etiã questio similis isti vtrũ sanitas est eadem: et vlr vtrũ forme et passiones sunt in corporib⁹ in suis substãtiis: qm nos invenimus illud qd habent ex hoc in eis dum movent et fluunt. Si igitur sanitas que fuit in mane et que est nunc: est eadem: quare sanitas que fuit et destruitur et post revertitur illa et ista non sunt eadem in numero.

37 ¶ Quia questio predicta fundatur super hoc. s. vtrũ generatũ postqꝫ corrumpitur sit idem in numero cũ corrupto: et fuit positum qꝫ si fuerit idẽ in numero continget vt motus qui fuit sor. hodie et qui fuit heri sint idẽ in numero. et si posuerimus qꝫ est aliud continget vt non sit vnus motus in numero: incepit dicere qꝫ talis qd accidit in formis quiescẽtibus: qr sunt in trãsmutato. ¶ Et dixit: et est questio et c. i. et est questio silis questioni dicte de motu vno in numero et de formis: et vlr de passionibus q̃ sunt in corporib⁹ que sunt in suis sbiis: vtrum sint eedem dum corpus fuerit idẽ: aut non sunt eedẽ si corpus deferens non fuerit idẽ. s. multiplicare sm multiplicationem corporum: aut qũo est. Nos enim videmus hanc formã existentẽ in corporibus et corpus moveri. i. transmutari et fluere semper: vnde necesse est vt ita sit in formis q̃ sunt in istis corporibus: cũ sint in sba corporũ trãsmutabilium. si igitur sanitas que fuit hodie sort. et que fuit heri sit eadem in numero: necesse est vt sanitas que est eius: deinde destruitur et deinde revertitur: sit eadẽ in numero. et si hoc est inopinabile: nece est vt nõ sit hic eadẽ forma in numero. D. d. vtrũ sanitas est eadẽ. i. in numero. s. que fuit heri i sor. et que est hodie. ¶ D. d. et vlr et c. i. et hec perscrutatio vlr fundatur super hoc. s. vtrũ forme et passiones existant in sba corporum: qm si ita fuerit necesse est vt illud qd invenitur in corporibus motis et fluentibus moveatur et fluat. vnde sequitur vt forme moveantur et fluant: et si forme fluunt: et sunt eedẽ in numero: necesse est vt forma q̃ fuit heri: deinde revertitur hodie postqꝫ corrũpitur sit eadẽ in numero: et hoc contingit in eodẽ motu: qm dictũ est qꝫ necesse est

vt ſubiectum eius ſit idē numero.ſi igiť non eſt hec eadeʒ forma in numero:ergo neq̄ idem motus numero.

ℭEadem enim ratio eſt niſi q̄ intantum differunt: q2 ſiquidē duo ſunt idem hic ſicut numero vnus: ꝛ habi/tus eſſe neceſſe eſt. Unus enim numero actus vnius numero.ſi vero habitus vnus eſt: fortaſſis non alicui videbitur vnus ꝛ actus eſſe.Cū enim pauſet ambula/re:non amplius eſt hec ambulatio:iterum autem am bulare erit.ſi igitur vnus ꝛ idem eſt:contingit ꝛ idem corrumpi ꝛ eſſe multotiens.De quidē igitur ſunt du/bitationes extra que nunc eſt intentionē.

ℭQuoniā eadeʒ ratio eſt in hoc:preter hoc.ſ.in quo differunt:quoniaʒ due actiones ꝛ ſi ſint due ex illo eo/dem/neceſſe eſt vt forme etiam ſint ſicut ille due in nu mero:quoniam eadem actio in numero eſt eiuſdē in numero:ꝛ ſi forma fuerit eadeʒ:dignius eſt vt nullus exiſtimet q̄ actio etiaʒ eſt eadē.Quoniam homo cuʒ ceſſauit ab ambulare:non erit tunc illud apud ipſum ambulatio:ꝛ cū reuertitur ꝛ ambulat:tunc erit ambu/latio.ſi igiť ambulatio eſt eadē:poſſibile eſt vt idē cor/rumpatur ꝛ generetur multotiens.ſ.q̄ iſte queſtiones ſunt extrinſece ab hac perſcrutatione.

ℭCū narrauit q̄ in hoc q̄ forme etiā ſunt eadē in numero accidit 38
queſtio ſilis ei que accidit ex hoc in eis de motibus in numero: ꝛ
dedit ſilitudinē inter iſta:incepit dare differentiā. ℭEt dixit: qm̄ Conuenien/
eadē ratio eſt ꝛc.ſ.in hoc qđ cōtingit in formis:ꝛ in ipſis motibus. tia īter qō/
ℭQm̄ ſi forma iterata eſt eadē motus q eſt hmōi eſt idē:ꝛ ſi foīa q̄ nes.
eſt hmōi eſt plus vna motus q eſt hmōi erūt plures vno:ꝛ ſilr ecō/ Probō ei⁹
trario.Et ſi forma q̄ hʒ cōtinuū eſſe fuerit vna cū hoc q̄ ſuū ſbm eſt
ſemper in trāſmutatione:ita motus cōtinuus in eē erit vnus in nu
mero:cū hoc q̄ ſuū ſbm demōſtratū eſt trāſmutatū.ℭEt ſi ille qui Pḿa expō
eſt hmōi fuerit pluſq̄ vnus:forme q̄ ſunt hmōi erūt plures.Q2 igiť Dḿa inter
inter motus ꝛ formas eſt iſta ſilitudo manifeſta:non eſt dḿa inter qōnes.
motus ꝛ formas in queſtionib⁹ accidētibus in eis:pterq̄ in hoc q̄
adunatio in motib⁹ ꝛ formis nō eſt in reb⁹ pn̄tib⁹.ℭQm̄ cū actio Dḿe illius
ſ.motus fuerit eadē ſequiť vt forme ſubiecte illius actionis ſint ee/ pbatio.
dem:ꝛ ſilr forma agens illā.Et cū forma fuerit eadē non ſequiť vt
motus ſit idē:qm̄ cū ſor.ambulat hodie ꝛ ambulauit heri ſubiectuʒ
eſt idē:ꝛ motus ſunt plures:ꝛ ſilr ab eadē forma inueniunť plures
actiones in tpibus diuerſis.ℭSi igiť diceret pterq̄ in hoc q̄ diffe Cōtra pmā
runt:qm̄ actio cō fuerit vna:forma erit vna:ꝛ cum forma fuerit vna: expoſitionē

non sequit᷑ vt actio sit vna: tũc sermo esset manifestus p se: sꝫ dixit: preter ꝙ ⁊c. ¶ Et iste sermo vt apparet non est verus: quoniaꝫ non sequitur cum actiones fuerint plures in numero vt forme subiecte illius actionis sint plures in numero: neqꝫ forme agẽtes. neqꝫ sequitur ad hoc ꝙ si eadem actio in numero puenit ab eadeꝫ forma: aut est in eadem forma ꝙ necesse est vt plures actiones inueniant᷑: aut a pluribus formis: aut in pluribus formis nisi esset verũ ꝙ posset cõuerti cõsecutio a destructione antecedentis. ¶ Sed ista differentia videtur differentia inter hoc ꝙ accidit in primo aspectu: existimat᷑ enim ꝙ cũ vnus motus in numero fuerit vnius subiecti numero ꝙ sequit᷑ ꝙ plures motus sunt plurium subiectoꝝ: existimat᷑ tñ ꝙ non ex eadeꝫ forma: aut in eadem forma est eadem actio. Et sic iste sermo habet duas dr̃ias: differentiã.s. ſm hoc ꝙ accidit in primo aspectu: ⁊ dr̃iam ſm ipsam rem: ⁊ ideo dixit. dignius est igit᷑ vt nullus ⁊c.i. ⁊ dr̃ia inter illa est: qm̃ cũ actiones fuerint plures existimat᷑ ꝙ necesse est vt forme sint plures: q: existimat᷑ ꝙ cũ eadẽ actio fuerit ab eadẽ forma ꝙ sequit᷑ plures actiones esse a pluribus formis: ⁊ nullus existimat ꝙ cũ forma fuerit eadẽ ꝙ necesse est vt actio quẽ puenit ex ea: aut que est in ea sit eadẽ. Iste enim homo demonstratus quando cessat ab ambulatione non prouenit ex eo ambulatio: ⁊ quando reuertit᷑ ad ambulationẽ: tunc puenit scda ambulatio. ¶ Et forte intendit. sed est dr̃ia inter hoc ꝙ sequit᷑ ex hoc ſm similitudinem: ⁊ ſm ipsam rem: qm̃ ex similitudine que est inter motus ⁊ formas: sequit᷑ ꝙ cuꝫ posuerimus plures motus esse sequit plures formas esse: sed non est necesse: quoniã idem motus est eiusdem forme: ⁊ eadẽ forma non est idem motus. ¶ Et forte intendit per duas actiones duas passiones: quoniã cum passiones fuerint due sequit᷑ vt forme sint due: qđ non sequitur in actione: ⁊ quasi intendit dare dr̃iam in hoc inter actionẽ ⁊ passionem: ⁊ super hanc expositioneꝫ est sustinendũ. ¶ Et cũ scripserã hoc nondũ inspexerã libruꝫ Alex. in hoc capitulo: ⁊ post inueni ipsum dicere pꝑinquũ huic: dicit enim ꝙ actio dicta in hoc loco dicta est equiuoce: ⁊ ꝙ Ari. intendebat per actionẽ cũ dixit: qm̃ actiones si fuerint due ⁊c.i. subiectũ actionis ⁊.q.d. ꝙ si subiectũ actionis fuerit duo: sequitur ꝙ forme sint due. Deinde declarauit hoc: ⁊ dixit: qm̃ eadem actio in numero est eiusdem in numero: ⁊ hoc est ita: qm̃ vnũ subiectũ in numero est vnius forme. ¶ Et dedit rationẽ super hanc expõnem: ⁊ dicit de hoc ꝙ inuenitur in quibusdam libris loco istius sic: sed differunt: qm̃ si fuerint due in numero necesse est vt forme sint sic. ⁊ non dixit actionem. Deinde reuersus est ad primã qõneꝫ. ⁊ dixit: si igit᷑ ambulatio ⁊c.i. si igitur ambulatio for. heri ⁊ ambulatio hodie est eadẽ: possibile est vt aliquid idem generet᷑ ⁊ corrumpat᷑ multotiẽs: ⁊ dicat᷑ ipsum esse idem qđ est valde inopinabile. ¶ Et q: questio dicẽs quomõ forme sunt eedem ⁊ corpora sunt semper in transmutatione: non est huius scientie: aut huius loci: dixit: sed iste qões ⁊c.i. ⁊ pꝑter hanc questionem dixerũt quidã antiqui ꝙ non est hec sciẽtia necessaria: ⁊ ꝙ omnia sunt in trãsmutatione: ⁊ est sermo sophisticus: vnde loquẽtes in lege Mahumeti dicunt ꝙ accidentia non remanẽt per duo tpa: ⁊ intendunt ꝙ oĩa sunt mota preter substantiã.

Dubiũ contra textũ.

Scđa expõ

Tertia expositio.

Quarta expositio.

¶ Quoniã aũt cõtinuus est oĩs mot⁹: simpliciter quidem vnũ necesse est cõtinuum esse: siquidẽ oĩs diuisibilis est: ꝛ si cõtinuus vnus. Non enim fiet oĩs cõtinuus omni sicut neqꝫ aliud nullũ cõtingenti cõtingens: sed quoꝝ vnũ sunt extrema. Ultĩa aũt alioꝝ nõ sunt quidẽ: alioꝝ aũt sunt: sed spẽ dĩa: ꝛ equiuoca sunt: qũo nãqꝫ tanget: aut fiet vltimũ linee vnũ ꝛ ambulationis.

Oĩs mot⁹ ẽ ꝯtinu⁹. oĩs mot⁹ vnus simplr ẽ cõtinuus: ꝛ sĩ continuus vnus.

¶ Et qꝛ oĩs motus est continuus: ideo motus qui est simplr vnus dꝫ esse cõtinuus: cũ oĩs motus est diuisibilis: ꝛ si motus fuerit cõtinuus erit vnus: qm̃ nõ oĩs motus est cõtinuus cum omni motu. Quẽadmodũ in alijs nõ quilibet cõtinuaꝛ cũ quolibet: ſꝫ illa quoꝝ vltima sunt vnũ. Et quedã nõ hñt vltima: ꝛ quedã hñt: ſꝫ in forma sunt equoca. Qm̃ impoſſe est vt vltimũ linee tangat vltimũ ambulationis: ꝛ fiant vnum.

Nõ qlꝫ cõtinuaꝛ cum qlibet.

¶ Cũ declarauit ꝙ vnus motus in numero est motus qui est in eodem in numero: ꝛ in eodeꝫ in tpe: ꝛ induxit q̃ones sup hoc ꝛ incepit 39
dare rationẽ ꝓpter quam necesse est in hoc ꝙ motus sit vnus in numero: vt tps sit vnũ: ꝛ subiectum sit vnum: ꝛ est qꝛ est continuus. ¶ Et dixit: ꝛ qꝛ oĩs motus ꝛc̃. i. ꝛ qꝛ omnis motus est cõtinuus: qꝛ omnis motus est diuisibilis. necesse est vt vnus motus in numero sit cõtinuus. ꝛ cũ declarauit ꝙ oẽs motus sunt de nũ cõtinuis: dicit: ꝛ si igitur fuerit motus ꝯtinuus ꝛc̃. i. si igiꝛ motus qui est vnius subiecti numero ꝛ in eadẽ re numero habuit partes cõtinuas tũc erit vnus. ꝛ si partes eius non fuerint cõtinue: nõ erit vnus: ꝛ causa in hoc ꝙ quidã motus sunt: qui nõ sunt cõtinui: est: qm̃ nõ oĩs motus põt cõtinuari cũ quolibet motu quẽadmodũ impossibile est in alijs que sunt de speciebus continui cõtinuari ita ꝙ quodlibet cõtinuaꝛ cũ quolibet: qm̃ si ita esset tunc oĩa essent cõtinua: sed cõtinua sunt illa quoꝝ vltima põt esse vnũ: ꝛ hoc intẽdebat cũ dixit: quẽadmodum in alijs ꝛc̃. i. impoſſe est vt quilibet motus cõtinueꝛ cũ quolibet motu: sicut est impoſſe quodlibet cõtinuari cum quolibet. ¶ Deinde induxit determinationẽ per quaꝫ res fuerint cõtinue ꝛ dixit: sed illa quoꝝ vltima sunt vnum. i. entia cõtinua sunt illa quoꝝ vltima possunt esse vnum: sed in corporibus nãlibus cõtinuatio fit qñ duo vltima fuerint vnũ absqꝫ eo ꝙ vltimũ cõmune qđ est vnum corrumpatur: ꝛ similiter est cõtinuatio in magnitudinib⁹ mathematicis: diffiniuntur enim ꝙ sunt illa que possunt recipere vltimũ cõmune: ꝛ silr vꝫ esse in motibus: ꝛ sic cum dixit: sed illa quorũ vltima sunt vnum intendit aut in imaginatione: ꝛ hoc est in motibus: ꝛ in tempore: ꝛ in magnitudinib⁹: qm̃ ista scientia cõsiderat etiã de istis quodãmodo: aut in rẽ: ꝛ est hoc in corporibus naturalibus cõtinuis: sicut est dispositio in mẽbris animaliũ cõsolidatis. ¶ Deinde dedit causaꝫ ꝓpter

Cã q̃re ad vnitatẽ motus regriꝛ vnitas tpis ꝛ sbi est: qꝛ est ꝯtinuus ꝛc̃.

Oĩs mot⁹ ẽ ꝯtinuus. qꝛ oĩs mot⁹ est diuisibilis. vide istãtiã d̃ motu augmẽti. 3. ph. cõ. 6. ꝛ. 8. phy. 23.

Cõtinuatio in nãlib⁹ fit qñ duo vltima fuerint vnuꝫ absqꝫ eo ꝙ vltimũ cõe corrũpaꝛ. talia ãt vltĩa

possunt esse vnū vl'fʒ imagiatiōnē: sicut est i successiuis vel fʒ eē: sicut est in pmanentibus.

quā quedā entia recipiūt ꝯtinuatōem ꝛ quedā nō: ꝛ dixit: ꝛ quedā nō hn̄t vltima ꝛc̄. i. ꝛ cū ꝯtinua sunt illa quoꝝ vltima sunt vnū: vt ꝙ cā in hoc ꝙ non oīa sunt ꝯtinua est: ꝙ nō oīa entia hn̄t vltima: sicut est dispō in numeris: neqꝫ oīa entia hn̄tia vltīa pn̄t ꝯtinuari: neqꝫ ēt in imaginatōe: qm̄ quedam entia hn̄t vltima diuersa in forma: ꝛ quibus hoc nomen vltimum dī equiuoce: ꝛ hoc intēdebat cū dixit: sed sunt in forma equoca. D. d. qm̄ impoſſe est vt vltimū linee tangat ꝛc̄. i. ꝛ impoſſe est dicere ꝙ vltimum linee tangit vltimū ambulatōis: cū magnitudo n̄ tāgat motū: qm̄ vltimū in eis dī equoce.

¶ Habiti quidem igitur sunt ꝛ qui neqꝫ idem specie: neqꝫ idem genere sunt. Currēs. n. aliqs statim febricitabit: ꝛ vt lampas ex diffusiōe loci mutatio est habita: ꝯtinua aūt non. Ponit. n. ꝯtinuum quoꝝ vltima vnū sunt: quare habiti ꝛ ꝯn̄r sunt quo tpe ꝯtinuū est. Cōtinuū āt ē: quo mot᷒. Hoc āt ē cū vnū vltimū fiat āboꝝ.

¶ Dicamus ergo ꝙ motus sesei erūt ꝛ si nō ꝯuenient in specie aut in gener. U. g. ꝙ hō currit ꝛ febricitat stati: ꝛ sic motus candele successiuus est translatio sesea: ꝯtinua vero nō. Positū est. n. ꝯtinuū in rebus quaꝝ vltia sunt vnum. Cisti igr̄ motus sunt sesei ꝛ ꝯsequētes: quia tp̄s eoꝝ est ꝯtinuū: ꝛ ꝯtinuatio tpis est per ꝯtinuatiōeꝫ mot᷒. Et hoc erit quādo vltimum amboꝝ fuerit vnū.

40 ¶ Cum descripsit motus ꝯtinuos: incepit post dicere motus seseos. ¶ Et dixit. ꝛ dicamus ꝛc̄. i. ꝛ motus dn̄r sesei lꝫ non ꝯueniāt in spē aut in gn̄e: sed ē necesse solūmodo vt vltima eoꝝ sint insil. s. vt interim non sit qes: vt dcm̄ est in descriptione reꝝ seseaꝝ simplr: siue fuerint motus aut alia. ¶ Et cum induxit hoc dedit duo exempla: vnum de motibus seseis diuersis in gn̄e: ꝛ aliud in motibus seseis ꝯuenietibus in specie. ¶ Et dixit. U. g. hō currit ꝛc̄. i. exemplū motuum seseoꝝ non ꝯueniētium est ꝙ hō currat. ꝛ statim accidit ei febricitatio. ¶ Et exemplum seseoꝝ ꝯueniētium in specie est candela que intrat manus hominum vna post aliam. ¶ Deinde dixit. continua vero non ꝛc̄. i. ꝛ isti motus ꝛ silia non dn̄r continua: qm̄ positum est ꝙ ꝯtinua sunt illa: que possunt habere vltimum cōe. sed isti non possunt habere vltimum cōe. In illis autē que diuersantur fm̄ speciem: manifestum est ꝙ vltima eoꝝ sunt diuersa. In eis autem que conueniunt in specie: vt motus candele de vna manu in alteram ē seseus: quia quies non interponitur ꝛ priuatur ꝯtinuatōe in rei veritate: qꝛ motuꝫ non est vnum. ¶ Deinde dixit. isti igitur motus sunt sesei ꝛ ꝯn̄tes: qꝛ tp̄s eoꝝ est continuum. idest ꝛ motus sesei dicūtur sesei ꝛ ꝯseq: qꝛ tp̄s eoꝝ est continuuꝫ in rei veritate; aut existimatur esse continuum: qꝛ non interponitur illis quies sensibilis; ꝛ in rei veritate non est ꝯtinuum: nisi quando instans in quo fuit vltimū primi motus in eo erit vnicū secundi motus: vt motus mortis q seqt

In illis q diuersant spē manifestū est ꝙ vltima eoꝝ sūt diuersa

Mors cuꝫ vita dī motus seseus.

motum videte isti sunt sesci in rei veritate.s. quoꝝ tp̃s est continuũ in rei ỽitate.D.d.ꝛ tp̃s eoꝝ ē ꝯtinuũ ꝛc̃.i.ꝛ tp̃s motꝰ ꝯtinui per se ē ꝯtinuuȝ per ꝯtinuatoem motuũ cadẽtiũ in ip̃m.ꝛ hoc erit qñ vltia illoꝝ motuũ fuerint vnũ; vt mihi vi;ꝛ continuatio tp̃is motuũ se/ seorum est ꝓm ꝙ imaginatur; ꝛ vltima eorum sunt vnum.

¶Unde necesse est eundem ꝓm specieȝ esse ꝛ vnius: ꝛ in vno ꝛ eodem tempore simpliciter continuum motum ꝛ vnum. Tempore quidem vt non imobilitas interfit. In deficienti quidem enim quiescere necesse ē. Multi igitur ꝛ non vnus motus est quorum quies in medio est. Quare si aliquis motus statu occupetur: neq; vnus est: neq; continuus. intercidit autem si in medio tempus est. Qui autem specie non vnitur: nõ vnus motus est: ꝛ si nõ deficiat tempus. Tempus quidem enim vnum est: specie autem alius. Unum qdeȝ enim necesse est: ꝛ specie vnum esse: hunc autem simplr̃ vnum esse: non est necesse. Quis quidẽ igitur motus simpliciter vnus est; dictum est.

Multi ꝛ ñ vnꝰ ē motꝰ qrũ qes in medio ēcc.

¶Et ideo necesse est in motu qui est simpliciter continuus ꝛ vnus: vt sit conueniens in specie; ꝛ eiusdem rei in eodem tempore. In eodeȝ vero tempore est ne cadat interim defectus motus: quoniam in d̃fectu necesse est vt sit quies. Et motus in quo est quies non ē vnus: sed plures; ergo quilibet motus in quo est qes non est vnus: neq; continuus: ꝛ est in eo quies quãdo in eo fuerit tempus. Motus autem qui non vnus in specie: licet non deficiat ꝓm tempus: ē diuersus in specie. Quoniam vnus motus necesse ē etiam vt sit vnus in specie: ꝛ non ē necesse vt iste sit simplex: ꝛ vnus. Iã igitur narrauimus quis motus simpliciter ē vnus.

¶Cum declarauit ꝙ vnus motus simplr̃.s. in nũero debȝ esse conti
nuus: ꝛ iam declarauit ꝙ vnus motus in numero simplr̃ est conue 41
niens in specie: ꝛ eiusdem rei: ꝛ in eodem tp̃e incepit declarare ꝙ
seqtur ex hoc vt motus q est continuus simplr̃ sit vnus.s. q hȝ has
duas dispõnes.s. vt ꝯueniat in illis tribus.s. in sp̃ē motus: ꝛ in hoc
ꝙ motum sit vnum motum: ꝛ tp̃s sit vnum. ¶Dixit: ꝛ iõ necesse est
in motu ꝛc̃.i.ꝛ q: vnus motus in numero est cõtinuus; necesse ē vt
motus continuus ꝛ vnus simplr̃ sit conueniẽs in specie: ꝛ eiusdem
moti; ꝛ in eodem tp̃e. Qm̃ cuȝ fuerit necesse vt vnus motus conue/

Motus ꝯtinuus ⁊ vnꝰ in tribus ꝺ bēt ꝯueīr. Idē.ꝺ.t.c. 34.⁊.4 pḃ. 105.⁊.7 pḃ. t.cō.5.

niat in illis tribus: ⁊ motus continuus est vnus: sequitur vt contīnuus ⁊ vnus conueniant in illis tribus. ℂ Et cum narrauit ꝙ necesse ē vt sit vnus ꝭm tp̄s.s. vnus ꝯtinuus dedit cām in hoc: ⁊ dixit: in eodem ēo tpe ⁊c̄.i.⁊ vnus motus ꝯtinuus: necesse est vt sit in eodem tpe: q2 si non fuerit eodem tpe: tunc in eodem s̄bo interponitur defectus motus: ⁊ in eodē s̄bo necesse est vt qn̄ motus deficit sit qes: ⁊ hoc intēdebat cum dixit. qm̄ in defectu. ⁊ cum declarauit ꝙ motꝰ cuius tp̄s non est vnum h3 in se qetem: declarauit ꝙ motus in quo est qes est plures motus non vnus: ⁊ intendit: sed positum est ipsū esse vnum: ⁊ hoc est impossibile.s. ꝙ in vno motu sit qes. ℂ Et cum declarauit hanc ꝯclusionem: dixit: qlibet igitur motus ⁊c̄. ⁊ hoc sequitur ꝭm destructōem ꝯñtis: qm̄ cum fuerit ver ꝙ vnus motus ꝯtinuus non h3 in se qetem: seqtur ex hoc ꝙ ille motus q h3 in se qetē non est vnus neqꝫ ꝯtinuus. D.d. ⁊ h3 in se qetem.i.⁊ qes interpoīt motui qn̄ ipsi motui interponitur tp̄s in quo res non mouet. ℂ Et cum dixit: ꝙ in hoc ꝙ vnus motus sit: necesse est vt tp̄s sit vnū: incepit narrare ꝙ hoc inuenire in motu ꝯuenienti ꝭm genus: ⁊ diuerso ꝭm speciē non extrahet ip̄m a suo gñe.s. vt sit diuersus ꝭm genus: sed ꝯueniens in specie: aut in numero: ⁊ dixit: motus vero q non est vnus in sp̄ē ⁊c̄.i.⁊ silr est de motu ꝯuenienti in sp̄ē diuerso in nūero s. ꝙ l3 tp̄s non deficit non facit ip̄m esse vnum in numero. D.d. qm̄ vnus motus necesse est vt sit vnus in specie ⁊c̄. ℂ Et innuit ꝙ motus qui est vnus in sp̄ē est poꝛ nālr vno motu in numero: ⁊ silr ē dispositio vnius motus in gñe cum motu vno in sp̄ē: ⁊ similr ē dispō vnius motus in numero cum illo cuius tp̄s est vnum.s. ꝙ cum vnꝰ motus fuerit in numero/tp̄s eius erit vnum: ⁊ cum tp̄s erit vnum, non seqtur vt sit vnus in numero. Et pp hanc silitudinē que est inter illa: posuit hoc ꝙ si motus fuerit vnus in numero erit vnꝰ in sp̄ē: ⁊ nō ecōuerso: tanꝗ cām huius ꝙ si fuerit vnus in numero erit in vno tpe: ⁊ non ecōuerso: ⁊ ēt induxit sermonem in forma rōis: ⁊ dixit: motus vero qui nō est vnus in sp̄ē ⁊c̄.i. qm̄ dispō in hoc ꝙ si motus fuerit vnus in numero: seqtur vt tp̄s eius sit vnū: ⁊ nō econuerso: est sicut dispō in hoc ꝙ si motus fuerit vnus in numero: seqtur ꝙ sit vnus in sp̄ē: ⁊ non est econuerso: ⁊ silr vnus in sp̄ē est vnus in genere: ⁊ non econuerso. ℂ D.d. iam igitur narrauimus quis motus est ⁊c̄.i. ⁊ declaratum est igitur ex hoc sermone quis motus est vnus simpliciter: ⁊ est vnus in numero.

Docum̄tū.

Motꝰ q est vnꝰ i sp̄ē ē poꝛ nāliter motu qui ē vnus in numero: ⁊ silr ē dispō motus vniꝰ in gñe cū motu vno ī sp̄ē ⁊ motꝰ vnius in numero cū motu cuius tp̄s ē vnum.

ℂ Amplius aūt dr̄ vnus ⁊ pfectus: siue ꝭm genꝰ: siue ꝭm spēm: siue ꝭm substātiam sit: sicut ⁊ in alijs pfectū ⁊ totum vnus est. Est autem aliqñ: ⁊ si imperfectus sit: vnus dicitur si solum sit continuus.

ℂ Et dr̄ ēt vnus motus/motus completus: si in specie fuerit cōpletus: aut in substantia: quēadmodū in alijs rebꝰ ñ attribuit vni nisi illō qō ē pfectū ⁊ ꝯpletū. Et forte dr̄ motus vnus: ⁊ si nō sit pfectus dūmō sit ꝯtinuus.

C Cum declarauit quid sit motus vnus numero: incepit declarare
q vnus motus in numero est duobus modis completus: et non cō 42
pletus: et completus est dignior hoc nomine vnus numero: incepit
declarare hoc: et dixit. C Et dicitur etiam etc. i. et vnus motus dicit
de motu completo: siue fuerit completus: quia est de specie comple/
ta: vt motus circularis: aut quia est de genere completo: vt motus
translationis: qui est perfectior ceteris motibus: cum sit perfectus
in numero: et hoc intendebat cum dixit: vt mihi videtur: aut in sub
stantia: et completus in specie motus est motus in quo non potest
esse additio: aut diminutio: et est circularis finitus per se: in substan
tia autem est motus: quia est prior motuū naturaliter et perfectior:
et est motus translationis. a vt post d̄clarabitur. C D. d. queadmo
dum in alijs rebus etc. i. et motus completus dignius est vt attribua
tur vni numero: quemadmodum in alijs rebus non attribuitur vni
in maiori parte nisi illud quod est perfectum et completum: et qr mo
tus non completus dicitur vnus numero modo secundo induxit hoc
vocabulum. Et forte dicitur vnus motus etc. i. cum solūmodo fuerit
continuus. s. quia cum continuatione non erit perfectior et hec est di
spositio motus recti.

Motꝰ cōple
tus in spē ē
cui n̄ pt̄ fie
ri additio:
aut diminu
tio: et ē mo
tus circula
ris. Jdē. 8.
phy. t. cō.
75. et 76.
a Motꝰ trā
slationis ē
por motuū
nālr et perfe
ctior. vid p
hoc. 8. phy.
a. t. c. 55. vs
q3 ad. t. cō.
61.

C Amplius āt alr p̄ter p̄dictos dr̄ motus vnus regu/
laris: irregularis. n. non vr̄ vnus: sed magis regularis
sicut rectus. Irregularis. n. diuisibilis est: vr̄ āt differr̄
sicut magis et minus. Est aūt et in oī motu qd regl'r ē:
aut non. Et nāq3 alterabit regl'r: et ferr̄ in regulari: vt
circulo: aut rectitudīe: et circa augm̄tū silr̄ et decremētū.
C Et dr̄ vnus motꝰ alio modo ab istis dictis motus
equalis: qm̄ motꝰ diuersus quasi nō existimat̄ eē vnꝰ:
s3 motus equalis ē dignior hic vt linea recta: qm̄ mo/
tus diuersus ē diuisibilis. Vr̄ igr̄ q diuersitas īter duos
motus ē quasi additio et diminutio. Et in quolib3 mo
tu ē equalitas et inequalitas. Et qm̄ qūq3 alterat̄ res
equalr̄ et trāsfertur ex aliquo equalr̄. Verbi gratia p cir
culum aut per lineam rectam: et similiter et in augmen/
to et diminutione.

Jn q̄l3 mo
tu est equa
litas et in/
equalitas.

C Cum declarauit q vnus motus in numero est duobus modis cō
pletus et non completus: et q completus est dignior vt sit vnus nu/ 43
mero: vult declarare etiam q de isto est dignior vt sit vnus nume
ro ille qui est equalis: et sic motus continuus perfectus equalis erit
ille qui dicitur dignius vnus numero. C Et dixit: et dicitur vnꝰ mo
tus alio modo etc. i. et vnus motus in numero dicitur alio modo a
duobus modis predictis. s. motus continuus completus equalis q
est dignior vt sit vnus. Verbi gratia motus per lineam rectam qui
est dignior vt vnus q̄ motus p lineā tortuosam: qm̄ queadmodum

linea tortuosa existimat esse cōposita ex recta & circularis: silr motus p illā est diuersus: & motus diuersus existimat esse plus φ vnus motus: sʒ motus equalis est dignior vt sit vnus: & est ille qui est p lineam rectā. ¶ Deinde dedit cām pp quā motus diuersus nō est vnus in rei veritate: & dixit: qm̄ motus diuersus est diuisibilis. i. & cā in hoc φ motus diuersus nō est ynus simplr est: q: diuidit in velocitatē & tarditatē: & iste modus diuersitatis est similis diuersitati que est ſm additionē & diminutionē in rebus diuersis ſm magis & minus. ¶ Et intēdit: qm̄ est diuersitas q̄ nō extrahit motū de vna specie in aliā: sʒ facit aliquā multitudinē: & hoc intēdebat cuʒ dixit: vr̄ igit φ diuersitas &c. i. φ ista diuersitas est de gn̄e diuersitatis que accidit in rebus ſm additionē & diminutionē. ¶ Et intēdebat φ velocitas & tarditas nō diuidūt motū ſm φ genus diuidit in spēs: & dixit: quasi additio & diminutio: q: velocitas & tarditas sunt ꝓ q̄litate: & additio & diminutio sunt de q̄titate. ¶ D. d. & in quolibet a motu est equalitas & īequalitas. i. & in quolibet genere motuū inuenitur equalitas & inequalitas qm̄ in alteratiōe inuenit inequalitas: qm̄ alteratio est in quibusdā ptibus eiusdē motus intēsior & velocior: & in quibusdā partibus remissior & tardior: & inuenit etiā in ea equalitas qm̄ partes eius motus sunt equales in velocitate & tarditate: & silr est de augmēto & in translatiōe: & eius sermo in hoc est manifestus.

Regulare & irregulare nō variant speciē motus: sʒ faciunt ī eo aliquā multitudinē.

Velocitas & tarditas nō diuidūt motū vt differētie essentiales. ꝓ[illegible] in tex. & cō. sequēti.

a In q̄libet motu est eq̄litas & ineq̄litas: quod q̄mo sit itelligēdū. vid 4. physico. cō. 129. & 6 phys. c. 15. & hic cō. 45

b Impossibile ē regularē eē motū nō in regulari magnitudine.

¶ Irregularitatis aūt differētia est aliquādo quidē in quo mouet. impossibile b est enīʒ regularē esse motū nō in regulari magnitudine: vt reflexi motus aut obliqui: aut alius magnitudinis quoꝝ nō ꝯuenit ꝯtingēs in cōtingentē partē. Aliquādo aūt neqʒ in vbi: neqʒ in quādo: neqʒ in qō: sʒ in eo qō sic ē: velocitate enīʒ & tarditate aliqñ determinat. Cuius quidē enim velocitas est eadē: regularis est: cuius aūt nō: irregularis. ¶ Vñ neqʒ species motus: neqʒ differētie sunt velocitas & tarditas: q: oēs sequunt differētes ſm spēm. Quare neqʒ grauitas neqʒ leuitas que in idem est: vt terre ad ipsaʒ aut ignis ad ipsum.

¶ Et in diuersis est differētia que forte est ex illo p qō est motus: impossibile enim est vt motus sit equalis & magnitudo per quā est motus nō est equalis. V. g. motus gyratiuus: aut motus tortuosus: aut motus alterius q̄ʒtitatis: q̄ʒtitatū quaruʒ quelibet pars nō superponit cuilibʒ parti. Et forte erit nō in re: neqʒ in tēpore: neqʒ in illo ad qō: sed vlr in illo in quo est: quasi in via velocitatis: & tarditatis in eo qō est solū. Motus igit cuius

velocitas est eadē: est motus equalis: τ qui nō est tā/
lis est diuersus. ¶ Et ideo velocitas τ tarditas nō sunt
species neq3 differentie motus: qꝛ sequit oēs modos
eius. Ergo neq3 grauitas neq3 leuitas inducentes ad
eundē locum. V.g. inducentes terrā ad terrā3: τ ignē
ad ignem: sunt species aut differentie motus.

¶ Cum declarauit ꝙ mot⁹ equalis est dignior vt sit vn⁹: τ dedit dif 44
ferentiā inter motū equalem τ diuersum cuius generis est: τ quare
mot⁹ equalis nō est vn⁹: vult dclarare hic cās ineq̄litatis: τ ꝙ mot⁹
nō diuidit in equalē τ in inequalē: fm ꝙ genus diuidit in differen
tias: sed fm ꝙ genera τ spēs diuidunt in modos τ accidētia: τ pri⁹
incepit declarare cās ex quib⁹ motus est inequalis. ¶ Et dixit: τ in
diuersis τc̃. i. τ in motibus diuersis sunt differētie: qm̄ quidā3 sunt
quoꝝ cause diuersitatis sunt ex illo per qd̄ est motus quando fuerit
inequale: qm̄ possibile est vt sit translatio inequalis sicut dixit: si
magnitudo per quā3 fit trāslatio nō fuerit equalis. s. recta. ¶ V.g.
motus per lineā tortuosā3 aut per lineā gyratiuā τc̃. i. τ vl̄r motus
qui est inequalis per illud per qd̄ est motus est ille qui est p aliquā3
q̄titatē cuius oēs ptes nō superponūtur sibi adinuicē: qm̄ ista q̄ti/
tas est cōtraria q̄titati recte: cum recta sit illa cuius ptes superpo
nunt sibi adinuicem. ¶ Et cum dedit hanc causam inequalitatis
motus incepit dare cām secundā τ dixit: τ forte erit nō in re τc̃. i. τ
forte motus erit inequalis nō per illud per qd̄ est motus. V.g. per lo/
cum neq3 per tps: neq3 per finē: τ hoc intēdebat vt mihi videt: cum
dixit: neq3 in illo ad qd̄: sed vl̄r τc̃. i. s3 ex ipsius mot⁹ nā aut moti. s.
quādo fuerit innata velocitari in quibusdā partib⁹ τ tardari in q̄/
busdā. ¶ Et hoc intēdebat vt mihi vr̄: cū3 dixit: in eo qd̄ est in via
velocitatis. i. in eo qd̄ innatū est veloci⁹ fieri aut tardari est nā ipsius
motus aut moti. ¶ Et posuimus hunc sermonē sic: qꝛ cāe oīs veloci
tatis τ tarditatis oīs accidētis in motu sunt hec quattuor. s. aut di
uersitatis eius per qd̄ est motus: aut diuersitas dispōnis moti in se:
aut dispōnis motoris aut dispōnis eius ad qd̄ est mot⁹: τ intendit
per hunc sermonē quasi determinare cās diuersitatis mot⁹. ¶ D. d.
in eo qd̄ est solum. i. illud qd̄ est in via velocitatis τ tarditatis. s. qd̄
aliqn̄ velocescit τ aliqn̄ tardat fm ꝙ solu3 h3 hanc dispōnē ppriē. s.
qꝛ h3 velocitatē τ tarditatē ppriē: τ solū h3 ꝙ ē motū. ¶ D. d. mot⁹
igit τc̃. i. cui⁹ velocitas ptiū est eadē: qꝛ hoc est in accn̄tib⁹ eiusdē mo
tus: τ dixit: τ iō velocitas τ tarditas τc̃. i. τ cā in hoc ꝙ velocitas τ
tarditas nō sunt drīe motus: ita ꝙ motus velox τ tardus sint spēs
eius est: qꝛ velocitas τ tarditas sequunt vnūquēq3 modū motus: τ
ista est dispō a accn̄tiū sepabiliū. s. ꝙ inueniunt in qualib3 specie
qn̄q3 τ nō inueniunt qn̄q3 in qbusdam specieb⁹. ¶ D. d. ergo neq3
grauitas τc̃. i. τ signū eius ꝙ velocitas τ tarditas nō sunt drīe mo/
tus ita ꝙ p illas diuidant in spēs est: qm̄ graue τ leue qn̄ duo illoꝝ
mouent ad eundē locum: τ alterū est graui⁹ aut leuius reliquo: tūc
alterū necessario erit veloci⁹ reliquo: τ motus eoꝝ est idē in specie τ

Quantitas tortuosa est ↄtraria q̄titati recte.

Documētū

Cāe oīs velocitatis τ oīs tarditatis accn̄tis ī motu sunt hec quattuor τc̃.

a Ista ē dispō accn̄tiū sepabiliu3. s. ꝙ inueniū t in q̄lib3 spē qn̄q3 τ n̄ inueniūt qn̄q3 in qbusdā specieb⁹ τc̃.

quoniã mouent̃ ad locũ terre tunc motus grauioris erit velocior: & vterq; est motus ad mediũ: & si mouent̃ ad locũ ignis: tũc motus leuioris erit velocior & vterq; est idẽ motus in specie: & est mot⁹ a medio. & hoc intẽdebat cũ dixit. V.g. inducẽs terrã ad terram &c. i. & V.g. motus qui inducit terram ad terram/aut motus qui inducit ignem ad ignem. V.g. motus ad medium: aut a medio.

¶ Unus quidẽ igit̃ irregularis est quo est cõtinu⁹: minus aũt qđ quidẽ reflexiuo motui accidit: hic aũt min⁹ cõmixtio semper cõtrarij est. Si autẽ oẽm vnũ contingit regularẽ esse & nõ: nõ erunt qui non ꝑm spẽm habiti sunt ipsi vnus & continu⁹. Quõ enĩ erit regularis ex alteratiõe cõposit⁹ & loci mutatiõe: indiget. n. ꝯuenire.
¶ Et dicam⁹ ꝙ motus diuersus est vnus cũ fuerit cõtinuus: sed est in hoc minus: & hoc accidit trãslationi ꝑꝫ tortuositatẽ: & minus semp est per mixtionẽ ꝯtrariorũ. Si igitur oĩs motus vnus possibile est vt sit ꝑm equalitatẽ aut inequalitatẽ: pos̃e est vt motus sesqus nõ ꝑm spẽm idẽ motus ꝯtinu⁹. Qm̃ impossibile est vt motus compositus ex alteratiõe & translatione sit equalis: qm̃ necesse est si esset equalis vt superponeret̃ sibi.

Min⁹ semp est p mixtionẽ cõtrarij.

45 ¶ Et dicamus &c. i. appet ꝙ motus diuersus ꝑm velocitatẽ & tarditatẽ est vnus numero cuꝫ fuerit cõtinu⁹: sꝫ in vnitate est in dispõne minori & equalis in hoc in dispõne pfectiori. i. D. d. & hoc accidit trãslationi ꝑm tortuositatẽ. i. & hoc ꝙ vnus mot⁹ numero q necessario ẽ inequalis accidit trãslationi que est p lineã rectã necessario. i. q nõ est vnus in numero. ¶ Deinde dedit cãm pp quã motus inequalis nõ est vnus sꝫ cõpositus: & dixit: & min⁹ est p mixtionẽ ꝯtrariorum. i. & cuꝫ motus inequalis fuerit motus magis diminut⁹: in caplo eiusdem motus numero: & diminutũ in omni genere est diminutũ per mixtionẽ ꝯtrarij sequit̃ vt mot⁹ inequalis sit cõposit⁹ ex cõtrarijs: & sic nõ est vnus in rei veritate. ¶ Et cũ narrauit ꝙ motus inequalis est inequalis p mixtionẽ cõtrarij: & mixtio est possibilis in oi motu ꝑm ꝙ est mot⁹ dixit: qm̃ oĩs motus vnus &c. i. & cuꝫ ita sit/possibile est vt oĩs mot⁹ sit equalis & inequalis. ¶ Sed querit̃ quõ ista ppõ est vlis: & declaratũ est in celo & mũdo: ꝙ motus corporis celestis nullam hꝫ in se diuersitatẽ. ¶ Et ad hoc dicendũ est ꝙ hoc pprium est corporis celestis ꝑm ꝙ celeste: & nõ inquantũ motũ: & sermo a in hoc loco est de motu nõ ꝑm ꝙ est motus alicuius corporis. ¶ Et cũ narrauit ꝙ vnus motus numero recipit equalitatẽ & inequalitatẽ: incepit declarare ex hoc ꝙ motus sesqui nõ pñt ꝯtinuari: & dixit: & impossibile est &c. i. & impossibile est vt ex motibus sesqueis nõ cõuenientibus in specie fiat vnus motus cõtinuus: qm̃ mot⁹ cõtinu⁹ recipit equalitatẽ: & qđ recipit equalitatẽ recipit suppõneꝫ: & mot⁹ cõpositus ex

Diminutuꝫ in oi gñe est diminutuꝫ p mixtionẽ ꝯtrarij. idẽ 5. cõ. 19.
In. 2. ce. t. c. 23. & c. 38
Digressio q̃rit. vtrum oĩs motus possit esse irregularis.
a Sermo in hoc loco est

tranſlatione ⁊ alteratiõe nõ recipit equalitatẽ. ℭEt iſte ſermo eſt in ſcda figura: ⁊ q2 iſte cõponit̃ ex duabus ꝓpõnibus quarũ affirmatiua declarata eſt: iam incepit declarare ſecundã: ⁊ dixit q̃m ſi eſſet equalis neceſſe eſſet vt ſupponeret̃.i.⁊ ſignũ eius ꝙ motus cõpoſitus ex ſpẽbus diuerſis nõ põt recipe equalitatẽ eſt: q2 motus qui pñt recipere equalitatẽ ſunt quoꝝ partes pñt ſuperponi ſibi adinuicem: ⁊ motus diuerſi ſm ſpeciem nõ ſuperponunt̃ ſibi: q2 impoſſibile eſt vt tranſlatio ſuperponatur alterationi: aut augmentũ tráſlationi: ⁊ iſte ſermo eſt in ſecunda figura.

de motu nõ ſm ꝙ ẽ motus alicuius corporis.

ℭTractatus Tertius in quo determinat de ꝯtrarietate motuum ⁊ quietis.

ℭDe cõtrarietate motuum. Cap. I.

AMplius aũt determinãdum eſt q̃lis motus eſt ꝯrius motui: ⁊ d̃ mãſione eodẽ modo: ſed primo determinandum eſt vtrum ꝯrius motus ſit q eſt ex eodẽ ei q eſt in idẽ: vt q eſt ex ſanitate: ei qui eſt in ſanitatẽ: vt gñatio ⁊ corruptio videt̃: aut q eſt ex ꝯrijs vt q eſt ex ſanitate: ei qui eſt ex egritudine: aut q eſt in ꝯria vt q eſt i ſanitatẽ: ei q eſt i egritudinẽ: aut q eſt ex ꝯrio ei q eſt i ꝯriũ: vt q eſt ex ſanitate ei q eſt i egritudinẽ: aut q eſt ex ꝯrio in ꝯriũ: vt q eſt ex ſanitate i egritudinẽ: ei q eſt ex egritudine in ſanitatẽ: neceſſe eſt enim aut vnũ quẽdã horũ eſſe modoꝝ: aut plures: non enim eſt aliter contraponere.

ℭEt determinãdũ ẽ ẽt quis mot⁹ eſt ꝯrius cui ⁊ d̃ qete ẽt hoc mõ: ſ3 pri⁹ dõm eſt vtrũ mot⁹ de aliquo eſt ꝯrius motui ad ipm. V.g. vtrũ mot⁹ de ſanitate ẽ ꝯri⁹ motui ad ſanitatẽ: ⁊ ſm ꝙ exiſtimat̃ de gñatiõe ⁊ corruptõe: aut q ſunt ex ꝯrijs. V.g. ꝙ mot⁹ ad ſanitatẽ eſt ꝯri⁹ motui ad egritudinẽ: aut ad ꝯria. V.g. ꝙ mot⁹ ad ſanitatẽ eſt ꝯrius motui ad egritudinẽ: aut mot⁹ de ꝯrio in ſuũ ꝯriũ eſt ꝯrius motui de hoc ꝯrio in illud. V.g. ꝙ mot⁹ de ſanitate in egritudinẽ eſt ꝯrius motui d̃ egritudĩe i ſanitatẽ. Q̃m neceſſe eſt vt ſit vn⁹ iſtorum modoꝝ: aut plures vno: oppoſitio. n. impoſſe ẽ vt ſit alio modo.

¶ Qui aũt in mediũ motus sunt: quibuscũqꝫ cõtrariorum est mediũ: tanqꝫ in cõtraria quodãmodo ponendi sunt: sicut enĩ cõtrario vtit̃ medio motus in vtraqꝫ vtiqꝫ mutat̃: vt ex fusco quidẽ in albũ: tanqꝫ ex nigro & ex albo in fuscũ tanqꝫ in nigrũ: ex nigro aũt in fuscũ tanqꝫ in albũ fuscũ. Medium aũt ad vtrũqꝫ dicit̃ quo-

dāmodo vtrūq; vltimoꝝ:ſicut dictū eſt pꝛius. Motus quidē igiť motui contrarius eſt ſic: qui eſt ex cōtrario in contrarium ei qui ex contrario in contrarium.

Motus ṽo ad illud qḋ eſt inter contraria:⁊ ī ꝯrijs hn̄tibus interponendi ſunt tanq̄ illi qui ſunt ad ꝯriuz quodāmodo:qm̄ apud motus inter eſt quaſi cōtrariū apud trāſmutationem vtrūlibet ſit trāſmutatio. Uer.g. qm̄ transmutatione de viridi ī albū viride nominatur quaſi nigrū:⁊ ſilr transmutatio de albo in viride:⁊ trāſmutatio de nigro in viride nominatur quaſi in albuz. Medium enim dr̄ quodāmodo vtrūq; extremū quādo comparatur ad vtrūq; extremoꝝ:vt diximus ſuperius:⁊ ſm̄ hoc motus erit ꝯrius motui quando fuerit de contrario in cōtrarium.

Mediū eſt q̄dāmodo vtrūq; extremū. Id. 5.t.c.6.

52 Cum poſuit q̄ motus cōtrarij ſunt illi qui ſunt de rebus cōtrarijs ⁊ ad res contrarias:⁊ accidit in hac queſtio in motibus qui ſunt de extremis in media:incepit declarare q̄ iſti motus ſunt ad media ſꝫ illud qḋ habent de cōtrarietate ad extremuz ex quo incipit motus. Et dixit:motus vero ⁊c̄.i.motus vero qui perueniunt ad vnū medioꝝ que ſunt inter illud ex quo eſt motus:⁊ illud ad qḋ eſt motus debēt reputari de ſpē motus qui eſt de cōtrario in cōtrariuz quodāmodo nō ſimplr. Et dixit:in cōtrarijs hn̄tibus iter:q2 nō ſunt motus de cōtrarijs in cōtraria q̄ nō hn̄t inter: qm̄ hoc declaratū eſt in pͥncipio iſtius tractatus:ſed.q.d.motus vero qui ſunt ad illḋ qḋ eſt inter contraria qḋ accidit in cōtrarijs habētibus/interponēdi ſunt de numero motuū q̄ ſunt ad cōtraria quodāmodo. Et dixit: tanq̄ ad cōtraria quodāmodo:q2 medium a eſt cōtrariuz vtriuſq; extremoꝝ nō ſimplr ſicut alterū extremū eſt cōtrariū reliq̄: ſꝫ mediū eſt cōtrariū vtriuſq; p illud qḋ eſt in eo de reliquo extremo ⁊ cōtrarietas ei⁹ differt a ꝯtrarietate extremi in hoc:q2 ꝯtrariū ī eo.ſ. vnū extremū nō eſt in ſua vltīa pfectione ſicut eſt in ipſo extremo. D.d.qm̄ apud motus ⁊c̄.i.⁊ cauſa in hoc q̄ motus q̄ ſunt ad inter ſunt ad cōtrariū quodāmodo eſt:q2 intereſt de motib⁹ peruenientibus ad ipſuz quaſi ꝯtrariū apud trāſmutationē eius ad vtrūlibet extremū: b qm̄ inter:eſt cōtrariū vtriuſq; extremo:q2 vtrūq; extremum inuenitur in eo non perfecte. Uer.g.qm̄ in trāſmutatiōe que ſit de viridi in album viride eſt quaſi nigrū.viride eīm nō trāſmutatur in album niſi ſm̄ q̄ eſt in eo de nigro:non ſm̄ q̄ eſt in eo de albo ⁊ etiam qñ viride tranſmutatur in nigrum:tranſmutatur ſm̄ q̄ eſt in eo de albo:⁊ ſilr qñ albū trāſmutatur in viride trāſmutatur in nigrū qḋ eſt in viridi:⁊ quando nigrum trāſmutatur in viride trāſmutatur in album qḋ eſt in eo:⁊ hoc intēdebat cuz dixit. Uer.g.qm̄ in trāſmutatione ⁊c̄.i.viride in eo reputatur quaſi nigruz:q2 qm̄ trāſmutatio

a Mediuz eſt ꝯtrariū vtriuſq; extremoꝝ ñ ſimplr:ſicut alterū extremū ē cōtrarium reliq̄. Idē p phi. cō.54.

b Mediuz eſt ꝯtrariū vtriuſq; extremo:q2 vtrūq; extremū inueniť ī eo ñ pfecte. id 6.6.t.19. vid.10.me. 6.t.21.12. me.6.p ph. 56.1.de aīa. 95.t.105.

ex eo nõ est nisi ex pte nigra que est in eo. D.d. et sitr. trãsmutatio de albo in viride. i. qm tũc viride tenet quasi nigrũ. D.d. et transmutatio de nigro ad viride reputatur quasi album. i. q viride tenetur in hac trãsmutatione quasi albũ. ¶ D.d. mediũ. n. opponit quodãmodo vtriq3 extremo quãdo cõparat. i. et causa in hoc: qm mediũ est vtrũq3 extremũ. D.d. et sm hoc ec. i. sm hoc igit ois motus qui est cõtrarius alij motui qui est cõtrarius sm illud ex quo et sm illd ad qd: siue fiãt motus ad media: aut ad extrema: dico et sic est intelligendũ de motibus qui sunt de medio in mediũ.

¶ Determinat de cõtrarietate quietũ. Cap. 2

Quoniam aũt motui non solũ vr esse motus cõtrius/sed et quies: hoc determinandũ est: simplr quidem. n. cõtrius est motus motui. Opponit aũt et quies priuatio em est. Est aũt sic q priuatio quodãmodo cõtria dr motui. Qualis aũt qli vt ei qui est sm locũ: que est sm locum. Sz hoc non dr simplr. Utrũ enim ei q est huic mãsioni: qui est ex hoc: aut q est in hoc motus opponit. ¶ Et qz existimat q illud qd est cõtrium motui non est motus tm/sed quies: opz et nos determinare hoc. Dicamus igit q motus opponitur motui: et etiã quieti: qz est priuatio. Et quodãmodo dr q priuatio est cõtriũ. i. q priuatio alicuius motus. U.g. qm cõtriũ motui in loco est quies in loco: sz hoc dictũ est indefinite: qm perscrutandũ est vtrũ illud qd opponit quieti est motus ex hoc: aut motus ad hoc.

Et quia. Cũ declarauit qui motus sunt cõtrarij et apparet vir q quies opponit motui sz priuatioñ et habitũ. vult 53
hic perscrutari que duarum quietũ opponit motui. s. quies in eo ex quo est motus: aut quies in eo ad qd est motus. ¶ Et dixit: et qz existimat ec. i. et qz videt q motus nõ solãmodo opponit motui sz etiã quieti: qm motus opponit motui sm cõtrarietatẽ et quieti sm priuationẽ et habitũ. ¶ D.d. dicamus igit q motus opponit motui. i. sm cõtrarietatẽ. D.d. et qeti: sm priuationẽ. D.d. et quodãmodo di ec. i. et iste modus oppositiõis quodãmodo di cõtrariũ: qm aliquis motus est cõtrarius alicui priuationi. s. priuationi illius motus. ¶ Et dixit alicuius motus: ne aliquis existimet q intẽdebat priuationẽ motus simplr. hoc enim non videt esse nisi sm opinionẽ generantium corpus simplr. D.d. U.g. qm cõtrariũ motui in loco est quies in loco. i. U.g. qm quies est cõtraria motui tali modo q quies in loco est cõtraria motui in loco: et qz hoc manifestũ est per se. i. q quies in loco est cõtraria motui in loco sm priuationẽ et habitũ: et hoc põt

intelligi de qete que est in loco ex quo est motus: aut de qete in eo ad quod est motus: dixit: sed hoc dcm̄ est simplr. i. sed hoc qd dictuz est hic non est distinctum: qm̄ nondum est determinatum hic quas quietez intendimus: ꝛ ideo perscrutandum est vtrum qd opponitur motui est quies que ē ex hoc. i. que est ex illo ex quo est motus; aut quies in illo ad quod est motus.

¶ Manifestum igitur est: qm̄ quia in duobus motus subiectis est: huic quidem qui ex hoc in ꝯtrarium: que est in hoc quies: huic aūt qui est ex ꝯtrario in hoc: que in ꝯtrario quies: similiter aūt ꝛ adinuicez ꝯtrarie he sunt. Et nāq; inconueniens est: si motus quidē contrarij sunt. quietes autem opposite nō sunt. sunt aūt in oppositis he: vt que est ex sanitate in egritudinem: ei qui ē ex egritudine in sanitatez ei. Que aūt est in sanitate ex egritudine qes. Motui aūt ei qui ē ex sanitate in egritudinem. Ei enim qui est ex egritudine in sanitatem irrōnabile est. Qui enim in ipso motus est in quo stetit quietatio magis est ſm ꝙ accidit simˡr fieri motui. necesse aūt est aut hanc aut illam esse. Non enim que est in albedine quies: ꝯtraria est ei que est in sanitate.

¶ Dicamus igitur ꝙ motus: q: est in duobus subiectis: tunc ꝯtrarium motui ex hoc ad suum ꝯtrarium: ē quies in hoc: ꝛ ꝯtrarium motui ex suo ꝯtrario ad ipsuz est quies in suo ꝯtrario: ꝛ cum hoc he due ēt sunt ꝯtrarie: qm̄ impoſſe est vt in motibus sit ꝯtrarietas: ꝛ qes n̄ sit ꝯtraria quieti: ꝛ non sunt nisi in contrarijs. V.g. qm̄ quies in sanitate est ꝯtraria qeti in infirmitate: ꝛ cōtraria motui de sanitate in egritudinem: qm̄ impoſſe ē vt sit cōtraria motui de egritudine in sanitatem. Qm̄ motus rei ad illud apud qd erit qescens dignius est vt sit faciēs quietem. Illud enim qd gn̄at cum illo motu necessario est ꝯtrarium huic. Et iō impoſſe est vt quies in albedine sit contraria quieti in sanitate.

¶ Dicamus igitur ꝙ motus: q: est ꝛc̄. i. de subiecto in subiectū ecō
54 trario transmutatiōi que est de affirmatione in negationem aut de negatione in affirmationem. D. d. contrarium motui ꝛc̄. i. ꝛ q: motus est de contrario in contrarium. ideo contrarium motui qui est de hoc contrario ad hoc contrarium demonstratum est quies que

est in hoc.s.ex contrario ex quo est motus. ¶ Et dixit hoc: quia manifestum est per se: q quies in eo ex quo est contraria motui: et contrariuz motui qui est de contrario qd est illud ad quod peruenit iste motus positus est quies in illo contrario. Uerbi gratia. qm sanari est motus de egritudine in sanitatem: quies igit contraria isti motui est quies in egritudine nõ in sanitate: qm ista quies est perfectio motus: et perfectio non est ɔtraria ei cuius est perfectio: et silr contrarium motui de sanitate in egritudiñe est quies in sanitate. ¶ B.d. et cum hoc ẽt he due sunt contrarie.i.et cum hoc q motus est contrarius qeti/iste due ẽt qetes sunt contrarie: qm si in motibus est ɔtrarietas: et in qete ẽt dz esse ɔtrarietas. D.d. et non sunt nisi in contrarijs.i.e quies non est ɔtraria qeti: nisi qz due qetes sunt in contrarijs queadmodum motus non est ɔtrarius motui: nisi qz sunt de cõtrarijs et in ɔtraria. ¶ B.d. v.g. qm qes etc.i.qm qes in sanitate est ɔtraria qeti in egritudine: qm sanitas est contraria egritudini et ẽ ɔtraria ipsi motui: qz possibile est vt sit ɔtraria motui de egritudine in sanitatez: cum qes ad quã peruenit motus dignior est vt sit pfectio motus ꝙ vt sit ɔtraria. hoc intẽdebat cũ dixit: qm impossibile ẽ motum.i.qm impolẽ est vt qes que est in sanitate sit ɔtraria motui q ẽ ad sanitatem: qm dignius ẽ vt motus de egritudine ad sanitatẽ sit via ad sanitatem. ¶ Et hoc ẽ ita: qm motus ẽ de gñe pfectionis ad quã peruenit: sed ẽ pfectio diminuta: qz ẽ ɔiũcta cũ potẽtia: et eẽ vltime pfectõis ẽ in qete. si igr motus de egritudine in sanitatez ẽ ad qetẽ in sanitate. necẽ ẽ vt motus de egritudine in sanitatem sit faciens qetem in sanitate.s.qm in eo inuenitur vna ps post aliam qetis ad quã peruenit: sicut inuenitur in eo vna pars post aliã habitus ad quã peruenit: et qz sba motus ẽ de gñe qetis ad quã peruenit: et illa q diuersantur fm magis et minus non sunt ɔtraria. ergo qes ad quã pueñit motus nõ ẽ ɔtraria motui: sed finis eius. ergo quies que ẽ in eo ex quo ẽ motus ẽ ɔtraria motui: et ẽ illa que corrũpitur p gñatõez motus: non qes que gñatur paulatim p gñatõem motus. Et ex hoc declarabitur q qes que ẽ in re ad quã ẽ motus ẽ ɔtraria qeti que est in eo ex quo ẽ motus. Qm cum motus ẽ ɔtrarius quieti in eo ex q ẽ motus: et qes ad quã ẽ motus gñatur cum motu. Ergo ista quies ẽ ɔtraria qeti in eo ex quo ẽ motus. ¶ Et intẽdebat cum dixit: qm illud qd gñatur cum illo motu etc.i.qm qes que gñatur cuz gñatõe motus necessario ẽ ɔtraria qeti ex qua ẽ motus: cum ista quies destruatur p gñatõem motus. D.d. impolẽ.n.ẽ vt qes in albedine etc. idest qz qs in altero nõ corrũpit p gñatõem qetis in reliq.s. q qes in albedine non generatur per corruptionem quietis in sanitate: et similiter quies in sanitate non generatur per corruptionem quietis in albedine.

¶ Quibuscũqz aũt non sunt ɔtraria: hoz mutatio qdẽ est opposita: que est ex ipso ei que est in ipm. motus ãt non est: vt que est ex esse ei que est in esse. quies quidẽ horum non est: imutatio autem est: et si quidem aliqd erit subiectum que in esse est imutatio ei que est in nõ

Quies ɔtraria motui ẽ quies ĩ termino a q̃ ñ quies ĩ termĩo ad quẽ qz illa ẽ pfectio mot9: sz oppositũ vi dicer.s. t.cõ.64. et ibi soluit.

Documẽtũ. Mot9 ẽ de gñe pfectionis ad quã peñit: sed ẽ pfectõ dimĩnuta: qz est ɔiũcta cuz potẽtia et eẽ vltime pfectõis est in qete. Idez s.cõm.9.et 47. Idẽ.3. phy. cõ.4.

eē ꝯtraria erit. si vero nō ē aliqd ei qđ non ē/dubitabit aliqs cui sit ꝯtraria q̄ est in esse imutatio an quies. si aūt hoc ē aut nō oīs qes motui ē contraria: aut gn̄atio aut corruptio motus sunt. Manifestū ē igiť ꝙ quies nō dicēda ē si nō ꝛ hē motus: sił autē aliquid ē ꝛ imutatio. ¶ Contraria autem est: aut nulli: aut ei que est in non esse: aut corruptioni. Hec enim ex ipsa est. generatio autem in ipsam.

¶ Intētōes vero in qbus nō est ꝯtrarietas: ꝛ sunt que trāsmutatōez oppositā hn̄t. s. trāsmutatōem q̄ est de aliquo opposito transmutationi q̄ puenit ad illud: motuz aūt nō hn̄t. ¶ V. g. quoniā trāsmutatio ex eē ē opposita trāsmutatōi ad non esse. Quoniam in intētiōibus istis non est quies: sed illud qđ est in eis ē priuatio trāsmutationis: si non ens fuerit aliqđ subiectuz. V. g. quoniā si transmutatio deficit in ente transmutatio deficiet in non ente. Si igiť non ens nihil fuerit/ambiget homo ꝛ non videt ꝙ priuatio transmutatiōis in ente: ꝛ quies in eo sit contraria alicui. Et si hoc fuerit: tunc aut non omnis quies est contraria motui: aut generatio ꝛ corruptio sunt motus. Sz est manifestum ꝙ non debet dici quies sed simile ei: ꝛ priuatio transmutatōis aut non est contraria alicui: aut est ꝯtraria corruptōi: quoniam corruptio ex illa fit. generatio autem ad illam.

55 ¶ Cum declarauit ꝙ quies est contraria motui vult pscrutari de eodem in transmutatōe. s. vtrum in trāsmutatōe est qes opposita trāsmutatōi: sicut est in motu: aut non est quies. ¶ Et dixit: intētiones vero ꝛc. i. transmutatōes vero que sunt in intentionibus in quibus non est ꝯtrarietas. D. d. ꝛ sunt ille que ꝛc. i. trāsmutatiōes vero que sunt in intentiōibus in quibus non est ꝯtrarietas sunt ille que hn̄t transmutatiōes oppositas. ¶ Deinde exposuit hoc: ꝛ dixit. s. ꝛc. i. s. ꝙ transmutatio que est de aliquo est opposita in illo gn̄e transmutationi que peruenit ad illud. D. d. motum vero non hn̄t. i. ꝛ in istis intentōibus in quibus non est ꝯtrarietas non est motus neduz vt sint ꝯtrarie illo modo quo motus sunt ꝯtrarij. ¶ D. d. exemplum ꝛ dixit. V. g. qm̄ transmutatio de esse ꝛc. i. ꝛ exempluz eius qđ est trāsmutatio sit opposita transmutatōi. s. ꝙ ex illo ex quo est altera trāsmutatio ad idem sit reliqua: ꝛ est transmutatio de esse in non esse: que est corruptio: ꝛ transmutatio de non esse in esse que est gn̄atio: ꝛ ista transmutatio non est opposita per illud ad qđ: ꝛ si esse opponitur ad

non effe:q2 non eft hoc motus exñs per fe oppofitus alij motui:quia
tranfmutatio de non effe eft per accñs:e tranfmutatio de fbo.f. de cō
trario eft per fe:aut ē propinquus vt fi: per fe. tranfmutatio vero fbm
qđ ōfert ꝯtrarium ex illo ꝯtrario ad fuum ꝯtrarium eft per fe: ⁊ hoc
non inuenitur in gñatione ⁊ corruptōe. ¶ Et cum narrauit ꝙ ꝯtra
rietas in talibus tranfmutatiōibus ē fm ꝙ trāfmutatio vna in eis
eft ad illud ex quo eft fecūda tranfmutatio : cum effe in iftis duab⁹
tranfmutationibus non eft nifi in altero extremo: incepit narrare
ꝙ ēt non inuenitur in talibus tranfmutatiōibus quies cōtraria ge
tifficut inuenitur in motibus:neqꝫ ēt ges eft ꝯtraria trāfmutatiōi.
B.d.qm̄ in iftis intentōibus ⁊c̄.i.in iftis.n.intentōibus in quibus
eft gñatio ⁊ corruptio non eft ges oīno:fed eft in eis ꝑuatio trāfmu
tationis:⁊ hoc erit fi pofuerimus ꝙ nō ens ex quo ē gñatio: ⁊ aliud
ad qđ ē corruptio ē aliqđ actu:qm̄ fi hoc pofuerimus tūc erunt illic
duo non effe:⁊ ꝑuatio in non ente fm ꝙ pofuerimus ipm̄ effe aliqđ
⁊ ꝑuatio in ente. Priuatio igitur que eft in ente fi pofuerimus ipfaꝫ
effe getem fequitur vt fit ꝯtraria ꝑuatōi trāfmutatōis que eft in nō
ente eft eadem cum ꝑuatōe tranfmutatōis que eft in ente: ⁊ fic iter
illas non erit ꝯtrarietas oīno:qm̄ quies in eo ad quod ē motus nō
eft contraria quieti in eo ex quo:nifi q2 funt in duobus contrarijs.
¶ B.d.fi igitur non ens non fuerit ⁊c̄.i. fi igitur non ens nō fuerit
fbm impoſſe ē imaginari ꝙ ꝑuatio tranfmutatōis que eft in ente:eft
ges:qm̄ impoſſe eft imaginari ipfam eē ꝯtrariam motui:neqꝫ priua
tio exiftimatur effe ges:qm̄ fi non ens non ē aliqđ:non erit illic pri
uatio que poffet imaginari que ē quies oppofita quieti que non eft
in ente:neqꝫ imagiatur ꝙ ifta ꝑuatio que ē in ente ēt ē quies oppo/
fita tranfmutatōi ex eo:qm̄ tranfmutatio ex eo non ē motus: ⁊ oīs
quies ē ꝯtraria motui aut quieti. Si igitur pofuerimus ipfum effe
quietem tūc erimus inter duo:aut ponemus ꝙ non oī quieti oppo/
nitur motus:aut dicem⁹ ꝙ gñatio ⁊ corruptio funt motus: ⁊ vtrū/
qꝫ ē impoſſe. ¶ B.d.fed ē manifeftum ⁊c̄.i.qm̄ non ē quies in rei ve/
ritate:⁊ cum non fuerit quies in rei veritate: fed ꝑuatio tranfmuta
tōis:diffoluetur qđ dicens ꝙ non oīs quies ē ꝯtraria motui:aut cō
traria quieti:qm̄ h in rei veritate non eft ges fed fili9 quieti. B.d.
aut nō erit ꝯtraria alicui omnino.i.⁊ ifta priuatio que eft quies fm
filitudinem opinandum eft:aut ꝙ non eft contraria alicui omnino
aut ꝙ ē contraria tranfmutationi que eft corruptio:quoniam ex eo
eft principium motus corruptionis.

Trāfmutatio de nō eē ē p accñs: ⁊ trāfmutatio de ꝯtrario eft p fe. Idez. 6.8. c.51.

¶ Capitulum in quo mouet dubitationes quafdaz circa premiffa. Cap. 3.

Dubitabit āt aliquis quare in mutatiōe qui
dem fm locū funt: ⁊ fm nām: ⁊ extra nām:
⁊ getes: ⁊ mot⁹: i alijs āt ñ: vt alteratio hec
qdē fm nām: illa autē extra nām. nihil.n.
magis fanatio aut egrotatio fm naturam:
aut extra naturam: neqꝫ dealbatio aut denigratio:

sil'r autē est ⁊ in augmēto ⁊ decremēto: neq; adminuiceȝ bi ꝯꝛij ƀm nām sunt ⁊ extra nām: neq; augmentū augmento. Et in gñatiōe ⁊ coꝛruptiōe eadē rō est: neq; generatio quidē ƀm naturā: coꝛruptio aūt extra naturaȝ: senescere.n. ƀm naturā ē: neq; gñationē videm⁹ aliā quidem ƀm naturā: aliam vero extra naturam.

¶ Et querit hō quare in trāsmutatiōe in loco sunt modi motuū ⁊ modi quietis nāles: ⁊ nō nāles: qd nō ē in alijs modis trāsmutatōis. ¶ U.g. in alteratiōe. s. ita φ alia esset naturalis ⁊ alia innaturalis: qm̄ hoīem sanari aut infirmari: neutrū est dignius vt sit nālis: aut nō naturalis: neq; albificatio: neq; nigrificatio: ⁊ ƀȝ hoc ē de augmēto ⁊ diminutiōe: qm̄ ꝯꝛietas istoꝝ duoꝝ non ē ƀm nām: ⁊ extra naturā. Ergo augmentū nō est ꝯꝛiuȝ augmēto. Et iste idem sermo dicet̃ de generatōe ⁊ coꝛruptione: qm̄ gñatio nō est nālis: ⁊ coꝛruptio innaturalis: q꞉ hoīem senescere ē nāle: ⁊ ēt nō inuenim⁹ aliquaȝ generationē naturalē ⁊ aliam innaturalem.

56 Cum narrauit qui motus sunt ꝯtrarij in specie: ⁊ que quies est ꝯtraria cui motui: ⁊ cui q̃eti: ⁊ in motib⁹ in vbi inuenitur ꝯtrarietas ƀm nām ⁊ innaturā: ⁊ sil'r de q̃ete: īcepit pscrutari vtrū in ceteris motib⁹ cōtrarijs inueniat̃ hic motus ꝯtrarietatis. ¶ Et dixit; ⁊ querit hō ⁊c̃.i. quare in translatione in loco inueniunt̃ duo modi. s. nālis ⁊ innālis: qm̄ motus lapidis ad superius est violentus ⁊ inferi⁹ ecōtrario. s. nālis: ⁊ sil'r inuenit̃ de eadē q̃ete in specie: qm̄ quies inferi⁹ est ꝯtraria q̃eti superi⁹; qm̄ quies inferi⁹ est nālis terre; ⁊ superius innālis: ⁊ sil'r quies superius est coꝛpis leuis nālis: ⁊ inferi⁹ innaturalis. Querit̃ igit̃ quare in loco inueniunt̃ duo modi cōtrarij hoc mō ⁊ nō in alijs generib⁹ motuū ꝯtrarioꝝ. U.g. ī alteratiōe: qm̄ nō possum⁹ dicere φ alia est nālis ⁊ alia innālis. U.g. hoīeȝ sanari ⁊ hoīeȝ infirmari. nō. n. existimat̃ φ hoc est nāle: ⁊ hoc ē innāle. s. in eadē spē. U.g. hoīeȝ egrotare. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit: qm̄ hoīeȝ sanari aut egrotare ⁊c̃.i. qm̄ neutra istaꝝ dispōnū est dignioꝛ vt sit nālis alicui: ⁊ sil'r ē de albificatiōe aut nigrificatōe. s. qm̄ nulla albificatio: aut nigrificatio est dignioꝛ vt sit magis nālis φ alia. ¶ Et cuȝ narrauit φ in primo aspectu nō inuenit̃ in modis alteratiōis iste modus ꝯtrarietatis quietis: fecit φ neq; ēt in motu augmēti: ⁊ dixit: ⁊ ƀm hūc modū est ēt ꝺ augmēto ⁊ diminutōe. s. q꞉ de augmēto nō inuenit̃ aliud nāle ⁊ aliud violētū: ⁊ sil'r in generatiōe ⁊ coꝛruptōe: qm̄ hoīeȝ senescere est via ad coꝛruptionē: ſȝ senectus nō diuidit̃ in nāle ⁊ innāle. Et sil'r iuuenescere est via ad generationē: ſȝ nō existimat̃ φ illud est nāle ⁊ aliud innāle.

Hoīeȝ senescere ē via ī coꝛruptionem.

¶ Aut si est qd violētia fit extra nām: ꝛ tunc corruptio erit corruptiōi ꝯria: que violēta est vt q̄ extra nām est et q̄ ſm nām. Ergo nāe ꝛ gnātiōes q̄dā sunt violēte ꝛ nō moderate: qbꝰ ꝯrie sunt q̄ sunt ſꝫ nām. Et augmēta sūt violēta ꝛ decremēta: vt augmēta q̄ velociter pp alimē-tuꝫ pubescētiū sunt: ꝛ tritica cito adaucta ꝛ nō ꝯstricta. ¶ Dicimꝰ igit̄ ꝙ si id qd fit violēter extra naturā: tunc aliqua corruptio est ꝯria alicui corruptiōi. s. corruptio violenta que fit extra naturā corruptiōi naturali. Sunt igit̄ modi generationis violēti: ꝛ generatio nō est mē-surata aliqua mēsuratiōe. Erunt igit̄ ꝯtraria eiusmodi generatiōis naturalis: ꝛ erunt modi augmenti violēti ꝛ modi diminutionis. V. g. augmētum puberuꝫ pro-pter luxum in comestione: ꝛ senien luxuriosum cuius corpus impinguatur ꝛ non cōdensatur.

¶ Cuꝫ narrauit ꝙ in primo aspectu existimat̄ ꝙ in vna specie mo-tuum qui sunt in alteratōe: ꝛ qui sunt in augmēto ꝛ diminutione: ꝛ vix in aliis trāsmutationibꝰ nō inuenit̄ ꝯtrarietas sicut in motibꝰ qui sunt in loco. Incepit narrare ꝙ hoc accidit in primo aspectu: ꝛ cū hoc bene considerat̄ apparet ꝙ in vnaquaqꝫ specie istoꝝ inuenit̄ ꝯtrarietas ſm naturā ꝛ nō naturā: ꝛ si hoc fuerit possibile erit vt in speciebꝰ oppositis inueniat̄ ꝯtrarietas hoc mō. ¶ Et dixit: dicamꝰ igit̄ ꝛc. i. qm̄ si hic fuerit corruptio violēta: qd est violētū est extra naturā: sequit̄ vt sit ꝯtraria corruptio corruptiōi. Et cū in hoc sillo hypothetico pōit̄ anns: erit ꝯclō ꝙ corruptio erit ꝯtraria corruptōi ꝛ hoc ē illud qd intēdebat declarare. ¶ Deinde declarauit quō ꝯñs sequit̄ añs: ꝛ dixit: corruptio. s. violēta ꝛc. i. Quia corruptio violē-ta est ex nām: ꝛ qd ē ex nām est ꝯtrariū nāli. Ergo corruptio nālis ꝛ violēta sunt ꝯtrarie. Et cū narrauit ꝙ corruptio alia est violēta: alia nō violenta. Incepit narrare ꝙ in gñatione inuenit̄ hoc similit̄ ꝛ dixit: ꝛ sunt modi generatiōis ꝛc. i. ꝛ gñatio violenta est modoꝝ qm̄ gñatio violēta nō est terminata. s. vna species vniuerunt igitur cōtraria istoꝝ modoꝝ modi gñationis ōis nālis. ¶ Et hoc qd dixit existimat̄ nō sequi: qm̄ ꝛ si infirmitas ē multaꝝ specierū existimat̄ vt nō sequat̄ ꝙ cōtraria eaꝝ sint spēs sanitatis: qm̄ sanitas est vna ꝛ egritudines sunt multe. ¶ Sꝫ forte d. vr ꝙ vna sanitas cōtinet multas pticulares oppositas illis multis egritudinibꝰ: sed nō hñt nomina: ꝛ ideo latent. ¶ Et cūꝫ narrauit ꝙ in generatiōe ꝛ corru-ptione inuenit̄ contrarietas. s. in vna specie: incepit narrare ꝙ sit̄ inuenit̄ in augmēto ꝛ diminutiōe. ꝛ dixit. ꝛ sunt modi augmēti ꝛc. idest ꝛ simil̄r sunt modi violenti augmētatiōis ꝛ modi nō violenti. ꝛ sic etiā augmentatū etiā est cōtrariū augmentū ſm naturā ꝛ nō naturā: qm̄ violentū est extra nām: ꝛ augmentū violentū est augm̄

Dubium. a Tot sunt spēs sanitatis qt sunt spēs egritudis. sꝫ nō hñt nomia. Idē hꝫ ipse 3. colliget. cap. pmo. ꝛ 3. ec. cō. 18.

rum puberum qđ festinat ante tps assuetū ꝓpter multitudinē in la xu. ⁊ sicut semen abundans in aqua cui⁹ corpus crescit ⁊ non condensatur propter multitudinem humoris.

¶ In alteratiōe aūt sic: aut similr: erunt eniʒ alie qdeʒ violente: alie vero naturales: vt dimissi non in creticis dieb⁹: alij aūt creticis. Alij quidē extra naturā alterāť: alij vero ſm naturā. Erunt ergo corruptiōes contrarie adinuicē: nō generationi soluʒ: ⁊ quid ꝓhibet est. n. sic. Et nāq; si hec quideʒ dulcis: illa vero tristis est: quare nō simplr corruptioni corruptio contraria est: sed ſm hoc quidē hmōi: alia vero hmōi harum est.

¶ Sed quō erit hoc in alteratione. dicamus igiť ꝙ silr est de illa: qm̄ possibile est vt sint aliqua ex ea violenta; U. g. qm̄ quidā hoīes euadūt ab egritudine nō in die cretica: ⁊ quidā in die cretica. illi igiť sunt alterati non naturaliter; isti aūt naturaliter: ⁊ sic corruptio est cōtraria corruptiōi, nō generationi: ⁊ nihil ꝓhibet hoc; qm̄ possibile est vt altera corruptio sit contristabilis: ⁊ alia delectabilis. Et erit corruptio cōtraria corruptioni nō simpliciter: sed cum altera corruptio fuerit talis dispositionis: ⁊ alia talis dispositionis.

58 ¶ Cum declarauit ꝙ in gnatione ⁊ corruptione ⁊ augmēto inueniť cōtrarietas; incepit declarare ꝙ silr est in alteratione: ⁊ qr latet in alteratione magis q̄ in generatione ⁊ corruptione. ¶ Dixit. sʒ quō erit hoc in alteratione. Deinde dixit. dicamus igiť. i. ꝙ in vno motu in specie inueniť cōtrarietas in alteratiōe: sicut in gnatiōe ⁊ corruptione ⁊ augmento ⁊ diminutione. D. d. qm̄ possibile est ⁊c̄. i. qm̄ possibile est vt quedā alterata altereň violēte: ⁊ quedā nō violēte. ¶ U. g. in alteratione infirmoꝝ de egritudine in sanitatē: qm̄ q̄dā est in die cretica: ⁊ est alteratio naturalis: ⁊ quedā nō ī die cretica: ⁊ hec est alteratio inaturalis. D. d. illi igiť sunt alterati ⁊c̄. i. ille cui accidit crisis nō in die cretica: vt in sexta. D. d. isti aūt ⁊c̄. i. quibus accidit in die cretica. U. g. in septima. ¶ Et qr hoc nō est manifestū in omnibus alterationibus dixit. possibile est igitur vt sint aliqua ⁊c̄. ⁊ non dixit. possibile est igitur vt in qualibet specie alterationis inueniatur aliqua violentia ⁊ naturalitas: ⁊ dimisit hoc qr difficile est verificare hoc per inductionē. ¶ Deinde fecit rememorationeʒ de istis que declarauit. ⁊ dixit. ⁊ sic erit corruptio contraria corruptioni ⁊ non generationi. i. nō generationi tm̄: sed ipsi corruptiōi. ¶ Deinde dedit aliū modū ex quo imaginať esse possibile vt corruptio sit contraria corruptioni. ⁊ dixit. ⁊ nihil prohibet hoc ⁊c̄. ⁊ intēdit per contristabilem corruptionē/ violentā: ⁊ per delectabilē corru

ptionē/naturalem. ¶ Et forte intendit hoc per delectabile3 id qđ est minoris cōtristationis: qm̄ oīs corruptio est contristabilis necessa rio: sed violenta magis cōtristabilis. ¶ D. d. ꝛ erit corruptio con/ traria corruptioni nō simplr: sed cum altera corruptio fuerit in ali/ qua dispositione vno modo ꝛ alia alio modo: cuz fit specie nō sibi cōtraria: sed cum accidit alteri corruptioni vt sit vno modo: ꝛ alia alio modo cōtrario vt natura ꝛ violētia ꝛ cōtristatio ꝛ delectatio.

Ois corru/ ptio ē cōtri stabilis ne/ cessario sed violenta est magis con/ tristabilis.

¶ Omnino quidē igit̄ cōtrarij motus ꝛ quietes dicto modo sunt: vt qui est sursum ei qui est deorsum: loci. n. cōtrarietates he sunt. Fertur aūt qđ quidem sursuz est motus natura ignis: qđ vero deorsuz terra: ꝛ cōtrarie ipsorum loci mutationes sunt. Ignis autē sursum qdē natura: deorsuz autē extra naturā. Et cōtrarius est qui est sm̄ naturā ipsius ei qui est extra naturā.

¶ Scd̄m hoc igit̄ qđ narrauimus vniuersalr̄ erūt modi motuū: ꝛ modi quietis cōtrarij. V. g. qm̄ superi⁹ ex hoc est ɔtrariū inferiori: qm̄ hec duo sunt cōtraria in loco: ꝛ iste due intētiones vniuersalr̄ sunt digniores pri cipalr̄: Qm̄ illud qđ transfert naturalr̄ supi⁹ est ignis: ꝛ inferius ē terra. Et trāslatiōes sunt eoꝝ ɔrie: ꝛ locus ignis ē superius naturalr̄: ꝛ locus eius est inferi⁹ extra naturam. Et naturale ē cōtrariū innaturali.

¶ Hic facit rememorationem de modis predictis sm̄ quot motus sunt cōtrarij: ꝛ quies est cōtraria: ꝛ dat exemplu3 de hoc qđ iam de 59
clarauit: ꝙ motuu3 cōtrarioru3 quidam sunt diuersi in specie: ꝛ isti sunt cōtrarij sm̄ formas: qꝛ sunt ad contraria: ꝛ ex cōtrarijs: ꝛ con/ trariorū. ꝛ sunt cōtrarij sm̄ naturā ꝛ nō naturā in respectu eiusdē: ꝛ isti sunt idem in specie: ꝛ sunt cōtrarij sm̄ nō naturā ꝛ naturā tan tum. Quies vero declaratū est de illa: ꝙ contrarium in eo motui est quies que est in eo ex quo est motus: nō quies que est ī eo ad quod est motus: ꝛ ꝙ due quietes cōtrarie sunt quies in eo ex quo: ꝛ quies in eo ad qđ. ¶ Et dixit. sm̄ igitur hoc qđ narrauimus ꝛc. ꝛ intēdit per modos motuum duos modos motuum cōtrarioꝝ. s. cōtrarioru3 diuersoꝝ in specie: ꝛ cōuenientiu3 in specie: ꝛ cōtrarioru3 sm̄ natu ram ꝛ nō naturam: ꝛ intendit per modos quietis quietē que est cō/ traria motui: ꝛ quasi dicit. sm̄ hunc igitur modum quem narraui/ mus erunt modi motuu3 cōtrarij: ꝛ modi quietis contrarij motib⁹ ꝛ quietibus ipsis. ¶ Deinde induxit exēpla sm̄ speciē in trāslatio/ ne. ꝛ dixit. Verbi gratia quoniā superius ꝛc. i. Verbi gratia qꝛ su/ perius est cōtrariū inferiori in loco: ideo illud quod transfertur na/ turaliter superius est cōtrariū ad inferius trāslato naturali. ꝛ ideo translatio est cōtraria trāslationi. ¶ D. d. ꝛ iste due intētiones ꝛc.

Contrarietas p̄r principalr non inuenit̄ nisi in eis que sunt ī loco. Idē. 10. meta. cō. 13.

et intendit vt mihi vr̄ q̄ iste due cōtrarietates sunt ille que dicunt̄ ɔtraria principalr: cuȝ diffinitio ɔtrarioꝝ que est: ɔtraria sunt illa que maxime distant: non inuenit̄ primo et principalr nisi in eis que sunt in loco. Deinde dr̄ in qualitate ſm similitudinē. ¶ Et forte intendit q̄ ɔtrarietatē esse superi⁹ simplr: et inferi⁹ simplr est digni⁹ q̄ vt sit in inferiori et superiori nō simplr sed in respectu: vt in loco aeris et loco aque: et forte pp hoc dixit. illud igitur qđ transfert nāliter superius .i. simplr. ¶ Et hoc caplm diminutū est in quibusdā libris: et in libro Alex. inuenit̄ sic. ista igitur sunt sicut p̄ncipalr et primo. et Alex. exponit hec verba duob⁹ modis. dicit .n. q̄ cū dixit ista q̄ inuit illa que disposuit prius per motus et quietes ɔtrarias .i. ista q̄ hn̄t istas intētiones principalr et essentialr: et ista expō non couenit verbis Arist. ſm q̄ accidit nobis. ¶ Et secūda expō est propinqua nostre. ¶ Deinde .d. et trāslationes coꝝ sunt ɔtrarie .i. et q2 sunt contrarie: ideo trāslationes coꝝ sunt ɔtrarie. Deinde .d. et locus ignis est superius &c. et intendit vt mihi videtur q̄ isti duo motus .s. ad superius et ad inferius qn̄ imaginant̄ ſm q̄ sunt duoꝝ corpoꝝ nāliter. V.g. ignis et terre tunc vterq̄ erit cōtrari⁹ reliquo: ſm illud ad qđ mouet̄ nāliter: et cum accipiunt̄ ſm q̄ sunt vnius corporis. V.g. ignis aut terre: tunc alter erit cōtrarius reliquo ſm nām et nō nāȝ. V.g. mot⁹ lapidis ad inferius et superius.

¶ Et quietes aūt similr: que nāq̄ȝ est sursuȝ quies que est desuper in deorsuȝ motui cōtraria est. Fit aūt terre illa quidē quies extra nām: motus aūt hic ſm naturā: quare motui quies cōtraria est que est extra nām ei q̄ est ſm nām eiusdē. Et motus eniȝ eiusdeȝ ɔrius sic ē. Alia quideȝ eniȝ ſm naturā ipsoꝝ est sursuȝ aut deorsum. alia autē extra naturam.

¶ Et similr etiā est de modis quietis: qm̄ quies superior est cōtraria motui de superiori ad inferius. Et si quies illic erit terre extra nām: et iste motus erit nālis. quies igitur ɔtra motui est quies que est extra naturā motui nāli in eadeȝ re. Motus .n. qui est in eadem re nō est in eo cōtrarietas nisi hoc modo: qm̄ alius est ei naturalis: aut ille qui est ad superi⁹: aut ille qui est ad inferius: et alius nō naturalis.

60 ¶ Cum narrauit q̄ mot⁹ cōtrarij sunt illi qui sunt ɔtrarij ſm illud ad qđ et illud ex quo: vt superi⁹ et inferius in motib⁹ corporuȝ simplicium: et accidit q̄ in eadē re opponunt̄ sibi isti duo mot⁹ ſm nāȝ et nō nāȝ: incepit narrare q̄ qes est cōtraria motui in eadeȝ re hoc mō. ¶ Et dixit. et similr &c. i. et quēadmodū duo motus in eadeȝ re, qui sunt ad loca ɔtraria sunt ɔtrarij: q2 sunt ad loca cōtraria: et q2 alter est nālis et reliqu⁹ non nālis: ita est de cōtrarietate quietis ad motum

motum in eadez re.s. qꝫ quies que est in cōtrario loco in quo est qes ad quam est motus: ꝛ qꝫ si motus fuerit nālis illi rei erit quies non nālis. ¶ Verbi grā. qm̄ quies superius est ꝯtraria motui a superiori ad inferius. si igitur quiescens fuit illic terra. s. superius erit ſm violentiam: ꝛ tunc motus ex illo loco erit nālis: ꝛ si quiescens fuerit illic ignis: tunc quies erit nālis ei: ꝛ motus ex eo erit violentꝰ. Deinde. d. quies igitur ꝛc. i. ꝛ quies ꝯtraria motui nāli est. qes violenta que est ex nām: ꝛ dixit. in eadē re: qꝛ quies supius est cōtraria motui de supiori simplr. ꝛ quies ēt simplr supius est cōtraria quieti in inferiori nō ſm nām ꝛ nō nām: ſm qꝫ ambe sunt nāles duobꝰ cōtrarijs. ¶ Et quasi intēdit declarare qꝫ dispō cōtrarietatis existētis in eadē rē est ſm nām ꝛ nō nāz: ꝛ siue fuerit ꝯtrarietas in motu aut in motu ꝛ qete: ꝛ iō dixit: qm̄ motus qui est ꝛc. i. qm̄ motus nō est ꝯtrariꝰ motui in respectu eiusdē nisi ſm modū quo qes in eadez re est cōtraria motui: ꝛ qes ꝯtraria quieti: mō ſm modū quo motus q sunt in pluribus vna specie sunt contrarij: ꝛ quietes que sunt ī pluribus vna specie: quoniam isti sunt cōtrarij: quia sunt ex contrarijs ꝛ ad contraria ꝛ ꝯtrarioꝝ. ¶ Et debes scire qꝫ intēdebat declarare: qm̄ quēadmodū vni motui in numero accidit ꝯtrarietas ſm nām ꝛ nō nām: ita est de motibꝰ ꝯtrarijs in spē in respectu eiusdē. s. qꝫ accidit eis ꝯtrarietas ſm nāz ꝛ nō nām: vt motus ad supius ꝛ ad inferius: qm̄ in respectu terre/ aut ignis alter est nālis: ꝛ alter nō nālis: ꝛ similr est de ꝯtrarietate quietis ad motū. s. quietis ex qua est motus: sed qꝛ ista cōtrarietas nō imaginaꝛ nisi in eadē re: nō accidit vt ambe sint nāles sicut accidit in duobꝰ motibꝰ in spē cōtrarijs: qm̄ accipiunꝛ in respectu duoꝝ diuersoꝝ: vt motꝰ ignis ad supiꝰ ꝛ terre ad inferiꝰ: qm̄ sunt ꝯtrarij ꝛ nāles. iste igni: ꝛ iste terre. — Documētū

¶ Habet aūt dubitatōez si est oīs quietis que nō semp est generatio: ꝛ ipsa hoc ipsuz stare. Manētis igitur ex nām: vt terre sursuz erit generatio. Cum ergo ferebaꝛ sursuz violenta stetit: sed qđ semp stat vr ferri velociꝰ. Qđ aūt violētia est ꝯtrium est: nō factū ergo quiescens erit quiescēs. Amplius vr stare positū: aut oīno esse in ipsius locū ferri aut accidere simul.

¶ Et est hic locus qōnis: qm̄ si oīs quies nō est semp generata cū nō est: deinde est: ꝛ generatio eius est cessatio: tunc quies rei quiescit nō nāliter. V. g. quies terre supius habebit generationez: qm̄ illud qđ transferꝛ superꝰ violente cessabit: sed illud qđ cessat semp existimabiꝛ qđ translatio ē velocior: ꝛ qđ transferꝛ violēte est ecōtrario: erit igitur quiescēs absqz eo qꝫ quiescat: ꝛ existimaꝛ ēt qꝫ dicere aliqđ cessare: aut ē dicere qꝫ trāsferꝛ vlr ad locū quē hz: aut vt sequaꝛ insimul.

61 ¶ Et est questio vtruꝫ quies violenta habeat generationeꝫ: qm̄ si quies violenta nō est semp: ꝛ oīs quies que nō est semp: est generata: necesse est vt quies violēta sit generata: ꝛ intelligo p gñationē quieteꝫ factā cum motu: ꝛ hoc intēdebat cuꝫ dixit: qm̄ si oīs quies ꝛc̄. i. qm̄ si oīs quies nō est semp qm̄ modo nō est: deinde erit: necesse est vt quies violenta habeat generationē: ꝛ itelligo per cessationem ire ad cessanduꝫ. ¶ Et cū declarauit ꝙ ex hoc sermone sequit ꝙ quies violēta est generata. s. facta ex motu violento: induxit impossibile qd̄ sequit ex hoc: ꝛ dixit. illud eniꝫ qd̄ transfert superi⁹ violente cessabit. i. sed si posuerim⁹ ꝙ quies violenta hꝫ generationeꝫ sicut hꝫ quies nālis seqtur ex hoc vt illud qd̄ transfert violente trāsferatur vt cessꝫ sicut illud qd̄ mouet nāliter. Deinde. d. sed illud qd̄ cessat ꝛc̄. i. sed illud qd̄ cessat sm̄ ꝙ cessatio eius generat. i. fit ex motu naturali apparet ꝙ trāslatio eius erit velocior qñ appropinquat loco in quo inatuꝫ est cessare: sicut est dispō in motu nāliter: ꝛ motum violentuꝫ est ecōtrario: s. qm̄ oīs motus est remissior qñ appropinquat loco cuꝫ quo cessat: ꝛ ideo motus eius nō est ppter quietē: ꝛ cum ita sit/ cessatio eius nō erit generata: ꝛ sic qescet ita ꝙ nunq̄ venit ad quietē. ¶ Et hoc intēdebat cuꝫ dixit. ergo erit quiescens ꝛc̄. i. ꝛ cuꝫ illud qd̄ mouetur violente nō mouetur vt cesset: tunc illud qd̄ mouetur erit quiescēs absq; eo ꝙ quies eius generet: qd̄ est impoſſe. Deinde. d. ꝛ existimat ꝛc̄. i. ꝛ apparet ꝙ cuꝫ dicimus aliqd cessare/ intēdim⁹ alterū duoꝝ: aut ire ad cessandum ꝛ transferri ad ipsuꝫ: aut ꝙ mot⁹ ꝛ quies sunt insimul: aut ꝙ quies est inseparabilis a motu: aut generata cuꝫ motu: ꝛ hec duo nō inueniunt in illo qd̄ quiescit violēte. ergo necesse est vt illud qd̄ qescit violēte nō veniat ad qescendū: ꝛ sic quies eius nō habebit gñationem.

¶ Habet aūt ꝛ dubitationē si cōtraria est quies que est hic: qui hīc est motui: cū. n. moueat ex hoc: aut reyciatur: adhuc vr̄ habere qd̄ abiectū est. Quare si hec qes cōtraria est ei qui huic est in cōtrariū motui: simul erūt cōtraria: aut sic quiescit: aut adhuc manet. ¶ Omnino aūt eius qd̄ mouet alíud quidē ibi: alíud autē est in qd̄ mutat. vñ ꝛ magis mot⁹ motui ɔ̄rius est q̄ꝫ quies.

Oīs eius qd̄ mouet aliud qdēꝫ ibi. alid vo est in quod mutat.

¶ Et est qd̄ vtrū quies hic est cōtraria motui ex hoc qm̄ qñ mouet aliquid ab aliquo/ ꝛ separat ab eo: existimatur ꝙ in eo est illud a quo separatur. Si igitur ista quies est contraria motui: ex hoc erunt duo contraria insimul. ¶ Ad hoc autem dicamus quoniaꝫ ꝛ si adhuc est quiescens: quies eius est quodāmodo: ꝛ vniuersaliter motuꝫ quoddam est illic ꝛ quoddam in eo ad qd̄ transmutatur: quoniam motus dignior est vt sit cōtrarius motui q̄ꝫ quies.

¶ Et est q̃stio de hoc qđ posuimus prius.s.ꝙ quies que est in re ex qua est motus est cōtraria motui ex hac quiete vt posuimus prius. Deinde induxit questionē.ꝛ dixit.quoniā q̃n aliquid mouetur ꝛc̃.i. apparet eniꝫ qđ q̃n aliquid mouetur de aliqua re ꝛ separatur ab eo aliquid qđ est in eo de illa re a qua separatur.i.dum mouet̃:quoniā quādo separat̃ ab eo totaliter tunc perficitur motus ꝛ nihil remanet in eo de illo a quo mouetur. Et cum posuit ꝙ q̃n aliquid incepit moueri ꝙ adhuc est quiescens in eo ex quo mouetur.dixit.si igitur ista quies ꝛc̃.i.si igitur res mota est quiescens in illo ex quo mouetur dum mouetur:ꝛ quies est cōtraria motui:tunc in re mota inueniūtur duo cōtraria insimul.s.quies ꝛ motus. ¶ Et cum induxit hanc questionē incepit dissoluere eam.ꝛ dixit.ad hoc autem dicamus ꝛc̃.i.ꝛ questio nō cōtingit nisi ex hoc qđ accipimus ipsuꝫ quiescens simpliciter in eo ex quo mouet̃:ꝛ non est in eo quiescens nisi quodāmodo. Deinde declarauit hunc moduꝫ quis est:ꝛ dixit: motuū eniꝫ quoddā est illic ꝛc̃.i.ꝛ cuꝫ a omne motū est diuisibile:vt post declarabit̃; b tunc motū nō est quiescens in eo ex quo mouetur nisi ꝫm parteꝫ:nō ꝫm totum idest simplr̃:quoniā dum mouetur quedā pars eius est in eo ex quo mouet̃:ꝛ quedaꝫ pars in eo ad qđ mouet̃:ꝛ sic nō sequit̃ vt duo cōtraria inueniant̃ in eodē subiecto. ¶ Et cum cōcessit in hac q̃one ꝙ quies est cōtraria motui: incepit ēt declarare ꝙ quies nō est nisi priuatio motus ꝛ ꝙ cōtrariuꝫ in rei veritate motui est motus opposit⁹ ei.ꝛ ideo possibile est vt quies ꝛ motus inueniātur in duabus partib⁹ moti:ꝛ nō est posse vt duo motus cōtrarij inueniant̃ in duab⁹ ptib⁹ eius; sed necessario impediūt se adinuicē. ¶ Et ideo dixit.q̃m motus dignior est ꝛc̃.i.ꝛ q̃ motus pōt cōgregari cuꝫ quiete in eadem re mota;ꝛ nō cum motu cōtrario:neqꝫ in duab⁹ partib⁹ diuersis. ¶ Et sciendū est ꝙ quies ꝯiuncta cū motu nō est distincta a motu.i.in pte distincta:q̃m sequeret̃ ex hoc vt aliqđ moueret̃ in aliqua pte ꝛ quiesceret in aliaꝫ ꝛ cuꝫ nō est distincta.ergo est in potētia nō in actu.

a De motū ē diuisibile Jđ.6.phy. t.c.32.ꝛ.39. 48.ꝛ prio đ aīa.t.c.67. ꝛ.5.met. t. cō.18. Jdeꝫ 8.phy. t.c. 40.ꝛ.46.

b 6.physi. cō.ꝛ.t.32.

c Quies nō est nisi priuō mot⁹ ꝛ ꝯtrariū in rei v̄itate motui ē motus opposi/tus ei. Jdē 8.cō.8.

62 ¶ Et de motu quidē ꝛ quiete ꝛ q̃uo vterqꝫ vnum sunt ꝛ que cōtrarie quibusdā:dictū est.

¶ Jam igitur narrauim⁹ de motu ꝛ quiete q̃uo vterqꝫ est vnus ꝛ q̃uo cōtrariant̃ sibi.

63 ¶ De motu q̃uo est vnus iam dixit:ꝛ de quiete aūt innuēdo p ipm motuꝫ:ꝛ sic ēt quies erit vna tribus modis.s.vna genere:ꝛ vna specie:ꝛ vna numero: ꝛ illa que sunt necessaria in vnoquoqꝫ istorum:ꝛ sunt illa que sunt necessaria in motu.

¶ Dubitabit aūt vtrū quis ꝛ de stare:si ꝛ quicūqꝫ preter naturā motus:his est quies opposita. Si qdeꝫ igitur non erit inconueniēs:manet enim violentia quare quiescens aliquid erit non semper sine fieri:sed palam qđ erit sicut eniꝫ mouet̃ preter naturā: ꝛ quiescit vtiqꝫ aliquid preter naturam.

Jn translatōe bisantij nō reperit̃ illud qđ sequit̃ ab isto tex.vsqꝫ in finē.ꝛ sicut dicit vr̃ superfluere vt ī 61.62.ꝛ.63

tex. cōnotari pōt. s3 q̄ ē in trāslatiōe vulgate ⁊ in arabico. iō inferendū eē iudicatur.

¶Et queret hō ēt de cessatione vtrū oēs motus q sunt extra nām hn̄t quietē oppositā. Q̄ñ si hoc non fuerit erit inopinabile: qm̄ tūc remanebit res in violentia: ⁊ erit aliquid qđ nunquā quiescet sine generatione. ergo manifestū est ꝙ hn̄t. Qm̄ queadmodū res que mouetur extra naturam: quiescet extra naturam.

64 ¶Ista est p̄ma questio quā ĩduxit prius ⁊ nō inuenit̃ in quibusdā libris. ⁊ forte iterauit eam ad cōplendū sermonē qm̄ in illo sermone negauit vt quies q̄ est extra naturā hз generationē. q̄ est semper: qđ est inopinabile: ⁊ quies que est ex nām vr̃ fieri p seniuni semper. Dissoluit igit̃ hanc qonem ita ꝙ gn̄atio dr̃ de illo ⁊ de quiete naturali multipl'r. ¶Et dixit. ⁊ queret homo ⁊c̃. i. ⁊ queret homo sicut diximus de cessatione q̄ est ire ad cessandū in motib' qui sunt extra naturā: vtrū habēt quietē intentā sicut hn̄t motus nāles. ¶Et non intendit per quietē oppositā quietē de qua dixit prius ꝙ est cōtraria motui. s. quietē in eo ex quo: s3 intēdebat quietē ad quā est motus: ⁊ dixit: opponit large. ¶Et cū narrauit ꝙ questio est de quietis esse non nālis que est motuū nālium: dixit: si igit̃ nō hn̄t hoc erit inopinabile. i. si igit̃ non hn̄t quietē vt dictū est prius: q: non hn̄t generationē erit inopinabile: apparet em̄ sensui ꝙ hic sunt aliq̄ que quiescunt violēte ⁊ non nāliter: ⁊ hoc intēdebat cū dixit: qm̄ aliquid remanet in violētia. i. qm̄ apparet sensui ꝙ aliqđ quiescit in loco per violentiā. Deinde. d. ⁊ sic erit aliquid qđ nunꝗ̄ quiescit sine generatione. i. ⁊ nullū inopinabile est maius q̄ ponere ꝙ quies violēta est facta ⁊ nō hз gn̄ationē. ¶Deinde dicit. manifestū est igit̃ ꝙ hn̄t ⁊c̃. i. ⁊ cū quies violēta est motuū post ꝗ̄ nō fuit per sensū: manifestum est ꝙ hn̄t generationē: sed gn̄atio in hac quiete non hз eandē intentionē cū generatione in quiete naturali: ⁊ hoc fuit negatū in sermone p̄dicto a motis non nālibus: s3 ista quies fit a motu qui est extra nām: ⁊ modo quo iste motus q est ex nām inuenit̃ in corpore. s. qm̄ queadmodū iste motus est a causa extrīseca violēta: sil'r quies violenta inuenit̃ post istū modū sicut quies naturalis que est a causa que est in re inuenit̃ post motū naturalē q est in re a natura idest a causa existēte in re. ¶Et hoc intēdebat cum dixit. queadmodū illud qđ mouet̃ extra nām ⁊c̃. i. ⁊ quies est ei ꝺm ꝙ est motus: queadmodū quies est in re ꝺm ꝙ est motus naturalis. s. qm̄ sicut motus dr̃ multipliciter de naturali ⁊ violēto: ita est de quiete nāli ⁊ violenta: ⁊ questio accidit ex hoc qđ ponebant̃ vniuoca.

¶Qm̄ aūt est quibusdam motus ꝺm nām ⁊ p̄ter naturā: puta ignis qui sursū ꝺm nām: qui aūt deorsū preter nām: vtrū hic p̄rius aut qui terre: hec em̄ fert̃ ꝺm naturā deorsū. ¶Aut palā q: ambo s3 nō eodē modo: s3 qui quidē s3 nām: ꝺm nām existēti: eius aūt qui ipsius qui sursum ignis: ei qui deorsum. vt ꝺm naturā existēs

pter nām existēti:fit aūt z ī mā̄sionib⁹. Forte aūt geti motus aliquatenus opponit cū enī3 moueat ex hoc z abijciat adhuc vr̄ hr̄e qꝺ abijcit. Quare si ipsa quies ꝯria ei qui hinc in ꝯriū motui/simul existūt ꝯria ł siali/ quatenus quiescit aut adhuc manet:totalr̄ aūt eius qꝺ mouet:hoc qdē ibi:hoc aūt in qꝺ mutat. Propter qꝺ z magis motus motui ꝯriū ꝙ quies. Quis quidē igit motus simplr̄ vnus dictū est:z de motu qdē z quiete: qūo vterqꝫ vnus z qui ꝯrij quibusdā dictū est.

¶ Et qꝛ quedā hn̄t motū nālem z quedā3 extra nām. V.g. qm̄ ignis h3 motū ad supius nāle3:z ad inferius innaturalē:querendū est vtrū iste est ꝯrius illi: aut motui terre:qm̄ terra mouet nāliter ad inferius. ¶ Dicamus igit qm̄ vtrūqꝫ istoꝝ est verū:s3 nō eodē modo:s3 motus nāles sunt ꝯrij ꝯrietate nāli:z in ipso igne est cōtrarius motus ad supius motui ad inferius ſm nām z non nām:z ſm hūc modū sunt cōtrarij modi quietis:z dignū est vt quies sit opposita motui.

¶ Et qꝛ quedā hn̄t motū nālem z non nālem:z motus nā nālis est nālis alteri corpori. V.g. qm̄ terra h3 motū nālē.s.ad inferius:z nō nālem.s.ad superius:z ignis h3 motū naturalē ad superius:z nō naturalem.s.ad inferius:z iste qui est ad inferius est nālis terre. Querendum est igit quis istoꝝ motuū est cōtrarius vni motui naturali s.vtrū cōtrarius3 oppositū ei est ſm ꝙ est naturalis alteri:aut ſm ꝙ est non naturalis illi qui h3 motū nālem. Verbi grā. vtrum motus contrarius motui terre ad inferius est motus terre ad superius qui est violētus terre:aut motus ad superius qui est naturalis igni. 65

¶ Et ipse dicit:ꝙ vtrūqꝫ est verum.s.ꝙ vterqꝫ motus est cōtrarius motui nāli:s3 duobus modis diuersis.s.ſm ꝙ est nālis alteri:z ſm ꝙ est non nālis ipsi. Verbi grā. qm̄ iam motus ignis naturalis ad superius est cōtrarius motui terre ad inferius:s3 ꝙ est nālis terre: z motui ignis ad inferius ſm ꝙ est non nālis igni. ¶ Deinde dicit.z ſm hunc modū est de modis quietis.i.qm̄ vna quies naturalis h3 duas quietes cōtrarias.s.quietem illius rei extra naturā: z quietē naturalē alteri. V.g. qm̄ quies terre inferius est naturalis terre: z quies superius terre est contraria huic quieti ſm naturā. ignis vero est contrarius huic quieti ſm ꝙ res naturalis est contraria alicui rei naturali:z similiter quies ignis superius habet duas quietes cōtrarias.s.quiete3 inferius violentam z quietem terre inferius naturaliter. ¶ Et qꝛ notificauit ꝙ quies a non opponitur motui in rei veritate sed ſm priuationē z habitū:notificauit hic ꝙ quodāmodo opponunt licet non sicut motus opponitur motui. 2

a Quies n̄ opponit motui rei veritate:s3 ſm ꝑuationē z habitū. Jō. 8.S.t.63.

¶ Incipi lib. Sext⁹ phys. Arist. Stragy. q̃ ē de motu.

¶ Summa lib. Sexti physicorum ſm Auerro.

¶ A textu p̄ vſq; ad. 24. declarat motū nō cōponi ex indiuiſibilib⁹.
¶ A. 14. vſq; ad. 40. docet motū nō momēto ſ; tēpore mēſurari.
¶ A. 40. vſq; ad. 75. pandit motus finē / non principiū aſſignari.
¶ A. 75. vſq; in finē oſtēdit indiuiſibile non moueri: ⁊ nullam mutationem eſſe infinitam.

¶ Tractatus primus in quo determinat qualiter diuidatur motus in partes quantitatiuas.

¶ Oſtēdit nullū ↄtinuū ex īdiuiſibilib⁹ cōponi. Ca. 1.

Si aūt cōtinuum: ⁊ qḋ tangit: ⁊ ↄñr ſicut diffinitū eſt prius: cōtinua quidē quoꝝ vltima ſunt vnū: que vero tangunt quorū vltīa ſunt ſimul: ↄñr aūt quoꝝ nihil eſt mediū primi generis: impoſſe eſt ex indiuiſibilibus eſſe aliqḋ cōtinuum: vt lineā eſſe ex punctis. Si vero linea quidē cōtinuū eſt: punctū aūt indiuiſibile: neq; enim vnū ſunt vltima punctoꝝ. Non enim eſt hoc q̄ vltimū punctoꝝ aliud aliqḋ: illud aūt aliqua pars indiuiſibilis. Neq; ſimul ſunt vltima: nō eñ quidē vltimū nihil impartibilis: alterū eñ eſt vltimū ⁊ cui⁹ eſt vltimū.

Cōtinuū ex īdiuiſibilib⁹ eē ipoſſe eſt.

Impartibile nō h; vltimum.

¶ Si cōtinuū: ⁊ cōtiguū: ⁊ cōſequens ſunt ſm̄ q̄ determinauimus prius. ſ. q̄ cōtinua ſunt quorū vltima ſunt vnum: ⁊ cōtigua ſunt quoꝝ vltima ſunt inſimul: ⁊ cōſequentia ſe adinuicē ſunt illa inter que non eſt aliqḋ ſui generis: impoſſe eſt vt aliqḋ cōtinuū ſit cōpoſitum ex indiuiſibilib⁹. ¶ V. g. vt linea ſit cōtinua: ⁊ pūctus ſit indiuiſibilis: ⁊ linea ſit cōpoſita ex pūctis: cū linea cōtinua: ⁊ punctus indiuiſibilis: qm̄ punctus non h; vltimum vnū: qm̄ indiuiſibile non h; partē vltimā ⁊ aliā partē vltimā: neq; habent vltima inſimul. Quod eñ non habet partem: non habet vltimū omnino: nā vltimum eſt aliud ab eo cuius eſt vltimum.

Iste tractatus sicut dixit Alex. sequit᷑ qntū cū i pncipio ei⁹ vtat᷑ 1
illis descriptionib⁹ q̄s posuit in quinto isti⁹ rerū cōtinuarū ⁊
cōtiguaꝝ ⁊ cōsequentiū. ¶ Et dicit. si illa q̄ dicta sunt de diffōne cō
tinui/⁊ ɔtigui/⁊ ɔn̄tis sunt va. s. ꝙ ɔtinua sunt illa quoꝝ vltia sunt
vnū: ⁊ ɔtigua sunt illa quoꝝ vltia sunt insil᷑ ɔn̄a sunt illa iter q̄ no
est aliqd̄ sui gn̄is. ipole est vt aliqd̄ ɔtinuū cōponat᷑ ex īdiuisibilib⁹. 2
¶ Et cū posuit hec ⁊ positio an̄tis est maīfesta ex hoc qd̄ dixit i quin
to. ⁊ ɔsecutio nō est manifesta p se: incepit declarare eā. ⁊. d. pūctꝰ
em̄ nō h̄z vltimū ⁊ vltimū ⁊c. ¶ Et iste sermo cōponit᷑ sic in scḋa fi/
gura. Oīa ex qnib⁹ cōponit᷑ ɔtinuū diuidunt᷑ in vltia ⁊ in h̄n̄s vlti/
mū: vltimū. n. est vltimū alicui⁹ rei. Ex pūctꝰ nō diuidit᷑ in hec duo.
Ergo cōtinuū nō cōponit᷑ ex pūctis ⁊ vl᷑r ex diuisibilib⁹. ¶ Et etiā
anteq̄ cōtinuū cōtinuet᷑/necesse est vt cōtiguet᷑. Et cōtigua ēt diui
dunt᷑ in vltimū ⁊ in h̄n̄s vltimū. Pūcta aūt nō. Ergo ex pūctis nō
cōponit᷑ linea: neq3 ex lineis superficies: neq3 ex supficiebus corpus.
¶ D. d. qm̄ qd̄ nō diuidit᷑ non h̄z partē ⁊c. i. qm̄ oē indiuisibile non
h̄z duas ptes diuersas: q̄rū vna est vltimū: ⁊ alia illd̄ qd̄ h̄z vltimū.
¶ Et in hoc syllogismo nō expressit nisi minorē ɔpositionē ⁊ pertrā
sit maiorē: q2 est manifesta. D. d. neq3 h̄n̄t vltima insimul. i. ꝙ cōti
gua dn̄t h̄ie: ɔtinua em̄ sicut diximus ɔtiguabunt᷑ anteq̄ ɔtinuent᷑.
¶ Amplius nec̄e est aut ɔtinua eē pūcta: aut tāgētia se
adinuicē ex quib⁹ est cōtinuū: eadē aūt rō est ⁊ in oib⁹
indiuisibilibus: ⁊ cōtinua quidē non erūt ɔpter predi
ctam rōnē. Tangit aūt omne aut totū totum: aut pars
partē: aut totū pars. Qm̄ aūt impartibile est indiuisibi
le: necesse est totū tangere totuꝫ. Totū aūt totū tangēs
non est cōtinuū. Cōtinuum enim h̄z hoc quidē aliam:
illud vero alias partē: ⁊ diuidit᷑ in sic diuisibilia ⁊ loco
discreta. At vero neq3 cōsequenter inerit punctus pun
cto: aut ipm̄ nūc ipsi nunc: vt ex his fit longitudo tps.
Cōsequēter. n. est quoꝝ nullū est mediū primū. Pun/
ctoꝝ aūt semp est mediū linea: ⁊ ipsoꝝ nūc est tps.
¶ Et sequitur necessario vt illa pūcta sint aut cōtigua
aut continua. s. puncta ex quib⁹ fit cōtinuū: ⁊ iste sermo
sequit᷑ in omni indiuisibili. Sꝫ impossibile est vt pun/
cta sint cōtinua ex pūctis: ⁊ cōtiguatio fit: aut ita ꝙ ali/
quid cōtiguet᷑ ꝯm totuꝫ: aut aliqua pars eius cōtigue/
tur cum aliqua parte alterius: aut aliqua pars cū toto.
Et q2 indiuisibile non h̄z partē: sequit᷑ vt cōtiguet᷑ ꝯm
totum. Et cū aliquod totū cōtiguabitur cum aliquo to
to/non fiet ex hoc cōtinuum: qm̄ continuum h̄z partes

Oīa ex qb⁹ cōponit᷑ ɔtinuum diui dunt᷑ i vltima ⁊ i h̄n̄s vltima.

Cōtinua cōtiguāt᷑ anteq̄ conti/ nuent᷑.

diuersas adinuicem ⁊ diuidiẗ in hmȯi partes ⁊ segre/
gatas in loco. Et impoſſe est ẽt vt punctus ſeqꝰ pũctuȝ
aut instans instans: ita ꝙ ex eis fiat lõgitudo ⁊ tp̃s: cõ
ſequentia enim ſunt illa inter que nihil est vnigeneuȝ:
⁊ inter quelibet duo pũcta ſemper eſt linea: ⁊ inter qli/
bet duo instantia ſemper eſt tempus.

2 ¶ Iste est ſcðs ſylls ⁊ componitur ſic. ſi continuum componitur ex
indiuiſibilibus. V. g. pũctis: neceſſe eſt cum ꝯtinuum cõponitur ex
illis: vt ſint/aut ꝯtinua: aut ꝯtigua: aut ꝯñtia. ¶ Deinde excepit
ea eſſe ꝯtinua ex illo ꝙ declarauit in demonstratione predicta: ⁊ hoc
intendebat cuȝ dixit: ⁊ impoſſe eſt vt puncta ſint ꝯtinua ex pũctis.
2 ¶ Deinde declarauit ꝙ impoſſe eſt ẽt ꝙ pũcta ſint ꝯtigua: ⁊ dixit: ⁊
ꝯtiguatio ⁊c. ⁊ quaſi dicat. ⁊ cum non ſunt ꝯtinua remanet vt ſint
aut contigua: aut ꝯñtia: ſed ſi fuerint ꝯtigua neceſſe eſt vt vnuȝ cõ/
Documétū ¶ Et dr q ista ptradictio est ptradictio fm sermoné nó fm ré: quia Ari. cócedit in hoc falsuz: et est q motú ptransit de magnitudine per quá mouet ptes infinitas. Deinde ex hoc sequit verú: et est q si pertransit magnitudines infinitas/ptrásit eas in tpe infinito: et sic destruit cóclusio eius dicés q ptrásit magnitudines infinitas in tpe finito. In octauo vero ptradicit ei fm ré: et est q nó ptrásit medietates infinitas. ¶ D.d. necesse est igit q ífinitú ptráseat etc. i. segt igit ex hoc qd diximus q ífinitú quocúqz modo accipiat siue fz extrema siue fm diuisionez ptráseat de tpe infinito. s. q si magnitudo fuerit infinita fm extrema: et tps silr: et si fm diuisioné et silr tps nó vt infinitú ptráseat in ífinito vt Zeno fingit. ¶ D. d. et vt infinita tágant etc. i. et illud qd sequit est vt motú tangat spacia infinita fm diuisionem in tpibus infinitis fm diuisioné: non infinitis fm extrema: vt existimauit Zeno. D. d. impoe igit est vt ptranseat etc. i. manifestú est igit q impoe est vt ptranseat spaciuz infinituz in tpe finito: qñ intelligit de infinito in spacio: et in tempore eodé modo: et etiá ptráseat spacium finitum in tpe infinito.


8. phy. t. c. 61. et 79.


¶ Si enim magnitudo finita in qua est. a. b. Tempus autem infinitú in quo est. c. d. Accipiat igr témporis aliquid finitú in quo est. b. In hoc ergo transibit aliquid magnitudinis. Et sit qd transitú est in quo est. b. k. hoc auté aut mensurabit qd est in quo est. a. b. aut deficiet: aut excellet: differt enim nihil. Sz enim semper equalem ei que est in. b. k. magnitudinem in equali tempore transibit: hoc auté mensurat totum: finitum erit omne tempus in quo tráfibit. In equalia enim diuidetur sicut et magnitudo.

¶ Et si magnitudo fuerit finita: tempus etiá erit finitum. Sit igit magnitudo finita. a. b. et tempus infinitum. c. d. et ex tempore accipiatur aliquod finitum et sit b. d. In hoc igitur tempore pertrásit quandá partez illius spacij. Sit igit. b. k. et ista pars aut é equalis. a. b. aut minor aut maior. Si igitur magnitudo fuerit equalis scilz. b. k. pertransit in tempore equali: et ista magnitudo est equalis toti: necesse est vt totú tempus in quo ptrásit sit finitú. Diuidit. n. p ptes eqles magnitudini.

Demōſtratio pꝛima p quā ꝓbať ꝙ ſi ma gnitudo eſt finita: ꝙ tp̄s eſt finitū: ⁊ ſumiť hec demr̄atio ex ꝓpoꝛtione ptis ad totū.







Vult demōſtrare il lud qđ poſuit pꝛius.ſ. ꝙ impoſſe ē vt magni tudo finita ꝑtrāſeat ī tēpoꝛe infinito/ponen do magnitudinez ter/ minataz: ⁊ qꝛ poſſe eſt vt p illā moueať aliqđ in tp̄e infinito.deinde abſcidit ō illa magni/ tudine ptez termina/ tam:⁊ poſuit ꝙ mani/ feſtū eſt vt motuz mo/ ueať per illā partē ma gnitudinis in tp̄e mi/ noꝛi:ꝙ̄ in quo moueť p totū:⁊ illud tp̄s ne/ ceſſario eſt finitū: ⁊ qꝛ motū equalis veloci/ tatis moueť p magni/ tudines equales in tē poꝛib⁹equalib⁹:neceſ ſe eſt vt motū moueať p partes equales magnitudīs poſite parti poſite:⁊ in tp̄ib⁹equali/ bus tēpoꝛi in quo ꝑtrāſit partē poſitaz.Et pars poſita magnitudīs aut mēſurat magnitudinē:aut excedit illā:aut diminuiť ab illa:⁊ quocunqꝫ fuerit cōſumiť illa.Et cuz diuiſio magnitudis per hāc par tem cōſumiť:⁊ iſte partes equales magnitudinis ꝑtrāſeunť in par tibus equalib⁹tp̄ib⁹:in quo ꝑtrāſit totā magnitudinē:⁊ hꝫ eundem numerū:Manifeſtuz eſt ꝙ tēpus eſt finituz:nam illud qđ cōponiť ex partib⁹finitis in numero:neceſſario eſt finitū. Dixit: ſit igitur magnitudo finita ⁊c̄.i.ponamus igiť magnitudinē finitā.a.b.⁊ ꝑ/ trāſeať iſta magnitudo vt dicit aduerſarius in tp̄e infinito.ſ.in tē/ poꝛe.c.d.qđ eſt finitū ex parte.d.⁊ cum poſuit hoc dubitatū:dixit: ⁊ accipiať ex tp̄e ⁊c̄.i.poſſe eſt vt ex hoc tp̄e infinito accipiať ex extre/ mo finito.ſ.d.pars finita ⁊ ſit de.h.d.hoc igiť tp̄e ꝑtranſit ⁊c̄.i.⁊ cū acceperim⁹partē finitā ex tēpoꝛe infinito:in quo motū ꝑtrāſit to tum ſpaciū:tunc in hoc tp̄e qđ eſt pars:ꝑtranſiuit quandā partē il/ lius ſpacij neceſſario:nam poſitū eſt ꝙ ꝑtrāſit totum in tp̄e finito:⁊ impoſſe eſt vt ꝑtranſeat totū ⁊ partē in eodē tp̄e idez motū equalis velocitatis:nedum vt ꝑtranſeat illa in tp̄e infinito. Et cuz declara uit ꝙ neceſſe eſt vt motū ꝑtranſeat in hac parte tēpoꝛis finita par/ tem magnitudīs etiā finitā.d.iſta igiť pars aut mēſurat ⁊c̄.i.⁊ iſta pars mēſure quā ꝑtrāſit in parte tp̄is finita neceſſe eſt ſm ꝙ mēſu/ ra eſt finita:qn̄ menſurať per illam:aut excedat illā qn̄ ex magnitu dine remanet minus:qđ min⁹mēſurať per illam:aut vt excedať qn̄ nō menſurať p illam illud minus. Et cum poſuit ꝙ iſta pars ma/ gnitudis neceſſe eſt vt ꝯſumat p mēſurationē totā magnitudinē:in cepit declarare ꝙ illa ps tp̄is in quo ꝑtrāſit illā partē magnitudis

20

Illđ qđ cō poniť ex ꝑti bus finitis ī nūero ne/ ceſſario eſt finitū. Idē cō.ſequēti. ⁊ cōmē.60.

Impoſſe eſt vt ꝑtrāſeat totū ⁊ ptez idē motum eq̄lis velo/ citatis: ne/ dū vt ꝑtrā/ ſeat illa in tp̄e infinito

Oē qđ ꝯſumiť a mēſuratōe finiti eſt finitum. Idē primo phy. co.37.

neceſſe eſt vt ꝯſumat tp̄s per mēſurationē ēt.ſ.aut ꝙ mēſuret illudt aut ꝙexcedat illō.ſ.tp̄s in q̄ ptrāſit illā totā magnitudinē: ⁊ oē qđ ꝯſumiť a mēſuratōe finiti ē finitū: ſʒ poſitū eſt eſſe īfinitū: qđ eſt inꝯueniēs. ¶D.d. Si igiť magnitudo ⁊c̄.i.ſi oēs ptes eq̄les parti.b.k.q̄ cōſumūt totā magnitudinē ptrāſit illas motu eq̄lis velocitatis ī tpe eq̄li: neceſſe eſt vt tpa in quib⁹ ptranſit iſtas ptes ſint eq̄lia ēt: ⁊ vt numer⁹ eaꝝ ſit ſicut numer⁹ ptiū magnitudis: ⁊ cū ptes magnitudinis cōſumāt magnitudinē: neceſſe eſt vt ptes tpis cōſumāt tp̄s in quo motū moueť per totā magnitudinē: vnde neceſſe eſt vt tēpus in quo pertranſit totam magnitudinem ſit finitum.


¶Ampli⁹ aūt ſi nō oēʒ magnitudinē in īfinito tpe trāſibit: ſʒ ꝯtigit aliquā īfinito tpe trāſire vt q̄ eſt.b.k. Hec aūt mēſurabit totā ⁊ equalē in eq̄li trāſibit: quare ⁊ finitū erit tp̄s. Qđ aūt nō in finito tpe trāſit q̄ ē.b.k. manifeſtū eſt ſi accipiaťin altera finitū tp̄s. Si eni in minori pteʒ trāſit hāc: neceſſe eſt finitā eē altero termio exñte.

¶Et ēt ſi nō oīs magnitudo ptrāſiť in tpe infinito ſicut magnitudo.b.k.⁊ħ mēſurat totū. Et eq̄lis magnitudo ptrāſiť ī tpe equali: neceſſe ēvt tp̄s ēt ſit finitū. Et appet ꝙ ps q̄ eſt.b.k. nō ptrāſiť in īfinito: ſi poſuerim⁹ ipſam finitā ex altera pte. Qm̄ ſi ps ptrāſitur in minori tpe: neceſſe eſt vt hoc ſit finitū: qm̄ altera pars eſt finis eius.

¶Demōſtratio ſecūda per quā probať idē qđ ſupra: ⁊ ſumitur ex proportione cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum.

21 ¶Cū declarauit ꝙ impoſſe eſt vt motū ptrāſeat ſpaciū in tpe finitoꝛ poſuit ꝙ pertrāſit ptē illius magnitudis in pte illi⁹ tpis: ⁊ ꝙ illa magnitudo ꝯſumit totā magnitudinē: ⁊ ꝙ totū tp̄s diuidiť in tpa eq̄lia numero magnitudinū: in q̄s diuidiť magnitudo: cū q̄libet magnitudo eaꝝ ptrāſeat in tpe finito: ⁊ oē qđ cōponiť ex finito in nūero ⁊ magnitudīe ē finitū: ⁊ iſta demr̄atio

Cōtinuatō



fundať ſup hoc qđ ꝯcediť ꝙ nō oīs magnitudo ptrāſiť in tpe īfinito: ⁊ icepit notificare quō iſtud poſitū eſt necium in hac demr̄atiōe: ⁊ verificare ppōnē dicētē ꝙ nō oīs magnitudo ptrāſiť in tpe īfinito. Aduerſari⁹.n.cū poſuerit ꝙ aliq̄ magnitudo ptrāſit in tpe infinito nō pōt ponere ħ niſi in toto nō in pteꝫ ⁊ ſi nō tūc totū ⁊ ps ptrāſirēť

in eodē tpe: et qđ est impoſſe: et hec est ei' intētio in hoc capl'o: et incepit declarare quō verificabit demōſtratio eius cū aduersari' cōcesserit q nō ois magnitudo ptrāsit in tpe infinito. ¶ Et dixit: et ēt si non ois magnitudo rc.i. et manifestū est q cū posuerim' q nō ois magnitudo ptrāsit in tpe infinito. Uerbi grā magnitudo que est ps toti' magnitudinis.s.b.k. et posuerim' q ista magnitudo quā ptrāsit in tpe finito mēsurat totū: et posuerim' q magnitudines equales ptransit illud qđ est equalis velocitatis in tpibus equalib': necesse est vt tēpus in quo pertrāsit partē magnitudis mēsuret totū tps: sicut illa ps magnitudis mēsurat totā magnitudinē. Et cū ita sit necesse est q tps in quo ptrāsit totā magnitudinē sit finitū. ¶ Et cū posuerit ppōnes ex qb' sequit vt ois magnitudo ptrāseat i tpe finito: et vna earū fuit q qdā magnitudies ptrāseant in tpe finito: aduersari' forte nō ↄcedet hāc: icepit declarare illā.e.d. et appet rc.i. et appet q ps magnitudis necesse est vt ptrāseat in tpe finito: qm̄ cū posuerimus tps finitū ex altero extremo et est extremū in quo icepit motū moueri: et posuerim' q motū icepit moueri i extremo isti' tpis: et ex extremo illius magnitudis: et ptrāsiuit ex illo aliquā ptē: manifestū ē q ptrāsiuit istā ptē in tpe finito. Nā notū est per se q in minori tpe ptrāsit ps: q tps in quo ptrāsit totū: et min' q infinitū est finitū necessario. ¶ D.d. ergo necesse est vt sit finitū rc.i. qm̄ cū posuerim' tps finitū ex altero extremo.s. ex vltimo ex quo motū incepit ptransire spaciū: et posuerim' ipz ptrāsire ptes magnitudis: et totū tps ptis distinguet p duo vltima.s. vltimū ex quo motū incepit moueri ex extremo magnitudis: et vltimū.s. ad qđ puenit motū ad vltimā ptez magnitudis: et posuit tps finitū ex altero extrēo: qm̄ difficile est: aut ipoſſe imagiari q aliqđ motū ptrāseat magnitudinē finitā ex vtroqꝫ extremo tpe finito: nō ex vtroqꝫ extrēo: nā illud tps manifestū ē q ē finitū ex extrēo in q icepit motū moueri: et ex extrēo magnitudis.

Tex. expō.

Notū est p se q in minori tpe ptrāsit pars: q tps i quo ptrāsit totū. et min' q infinitū est finitū necessario.

¶ Eadē aūt demōſtratio est et si lōgitudo qdē infinita sit: tps aūt finitū. Manifestū igit ex dictis ē q neqꝫ linea: neqꝫ planū: neqꝫ oīno nullū ↄtinuoꝝ erit atom' nō solū ppter qđ id nūc dictū est: sꝫ et qꝛ diuidi atomū accidet.

¶ Et ista eadē demōſtratio seqt si magnitudo fuerit infinita: et tps fuerit finitū. Manifestū ē igit ex dictis q neqꝫ linea: neqꝫ superficies: neqꝫ aliqđ ↄtinuū est indiuisibile: Et declaratio illius est ex hoc qđ nunc diximus: et ex hoc qꝛ sequitur q indiuisibile sit diuisibile.

¶ Idest demōſtratio p quā declarat q impoſſe est vt spaciū finitū ptrāseat in tpe infinito: p illā eandē declarabit q impoſſe est ēt vt aliqđ motū ptrāseat magnitudinē infinitā in tpe finito: qm̄ qñ idē motū ptrāsibit illā magnitudinē infinitā in tpe finito: necio ptrāsibit ptē illi' magnitudis in pte illi' tpis. et illa ps ↄsumet totū tps et mēsurat illud cū fuerit finitū: et in tpib' equalib' finitis ptrāsit motum magnitudines eqles sꝫ numeꝝ tēpoꝝ. ex quo sequit vt tota magni- 22

Illa ex qb⁹ Ari. declarauit q̄ magnitudines nō sunt indiuisibiles sunt tria genera.

tudo sit finita. ℭ D.d. manifestū est igit̄ ex dictis ꝛc̄.i. declaratū est igit̄ ex dictis q̄ impoſſe est vt aliqđ ꝯtinuū cōponat̄ ex idiuisibilib⁹. U.g. linea aut ſupficies: aut corp⁹: aut tp̄s: aut mot⁹. D.d. ꝛ declaratio illi⁹ ꝛc̄.i. ex demr̄ationib⁹ p̄dictis: illa.n. ex qb⁹ declarauit q̄ magnitudines nō sunt indiuisibiles sunt tria gn̄a: quoꝝ Unum est ex nā ꝯtinuoꝝ/ꝛ ꝯtiguoꝝ. Scđm aūt est ex nā moti: ꝛ mot⁹. Tertiū aūt ex nā velocioris ꝛ tardioris. Et ipse vult ēt inducere aliā demōstrationē ex nā velocioris ꝛ tardioris: in q̄ declarat q̄ q̄ ponit magnitudinē idiuisibilē ꝯtinget ei q̄ velocior nō diuidat̄. ꝛ hoc ītēdebat cū dixit: ꝛ qr̄ sequit̄ vt idiuisibile sit diuisibile.i. ꝛ hoc appet ēt fm̄ q̄ declarabit̄: qm̄ sequit̄ vt indiuisibile sit diuisibile.

Veloci⁹ in equali tp̄e maius spaciū ptrāsit.

ℭ Qm̄ autē in oi tp̄e velocius ꝛ tardius est. velocius aūt plus transit in equali tp̄e: cōtingit aūt ꝛ duplicē ꝛ hemioliā transire longitudinē. Sit.n. h ratio velocis. Adducat̄ igitur velocius fm̄ hemioliā in eodē tp̄e: ꝛ diuidant̄ magnitudies q̄ qdē velocioris sunt ī q̄ ē.a.b.c.d. ī tres atomos. Que v̄o sunt tardioris ī duos ī qb⁹ sunt.e.z.i. Itaq̄ ꝛ tp̄s diuidet̄ ī tria atoma. Eq̄le.n. ī eq̄li tp̄e ptrāsibit. Diuidat̄ igit̄ tp̄s ī ea q̄ sunt.k.l.m.n. Iteꝝ āt qm̄ tardi⁹ deductū ē p.e.z.i. ꝛ tp̄s sepabit̄ ī gemina. Diuidet̄ ḡ atom⁹ ꝛ īpartibile: nō.n. ī atomo trāsit sz ī pluri. Maīfestū ḡ ē q̄ nihil ꝯtinuoꝝ ē imptibile.

ℭ Demr̄atio q̄ nullū ꝯtinuū est cōpositū ex in diuisibilibus.



ℭ Quoniam

¶ Quõ qꝛ in oĩ tpe inueniť velocius ⁊ tardiꝰ: ⁊ velociꝰ pertrãſit maius in equali tpe: ⁊ põt tranſire longitudinem duplã longitudinis: aut equalẽ ⁊ dimidiã: ⁊ contingit ex hoc vt velocitas ſit in hac pꝛopoꝛtione. Ponatur igitur ꝙ velocius ptranſeat equalẽ ⁊ dimidiũ illius ꝙ pertrãſit alterũ in equali tpe: ⁊ diuidamꝰ mẽſuras velocioꝛis. ſcʒ. a. b. c. in tria indiuiſibilia: ⁊ menſuras tardioꝛis in duo. ſcʒ. h. ʒ. ergo neceſſe eſt ẽt vt tp̃s diuidať in tria tpa indiuiſibilia. Mẽſura. n. equalis ptranſitur in tpe equali. Diuidemꝰ igitur tp̃s in. q. m. n. Et etiã qꝛ tardius ptrãſit ſpaciũ. h. ʒ. neceſſe ẽ ẽt vt tp̃s diuidatur in duo equalia. Ergo diuiditur illud quod eſt indiuiſibile: quoniã pertrãſitus eius non erit in tpe indiuiſibili: ſed in maioꝛi q̃ʒ tp̃s velocioꝛis. Manifeſtũ eſt igiť ꝙ nullũ cõtinuũ eſt indiuiſibile.

¶ Iſta declaratio fundať ſuper ꝓpõnes: quarũ vna eſt: ꝙ velociꝰ pertrãſit in equali tpe maius ſpaciũ q̃ illud qḋ pertrãſit tardius: ⁊ cum ita ſit: ⁊ velocius ⁊ tardiꝰ ſunt multis modis: ⁊ poſſibile eſt vt cũ poſuerimꝰ ꝙ aliqḋ tardius moueť p aliqḋ ſpaciuʒ in aliquo tpe inuenire aliqḋ velociꝰ qḋ moueť illo tpe per equale ⁊ dimidiũ illius ſpacij. ⁊ ꝙ motũ ptranſit medietatẽ ſpacij p qḋ moueť in medietate illius tpis. ¶ Et cuʒ declarauit hoc poſuit aliqḋ tardius qḋ mouetur per aliqḋ ſpaciũ cõpoſitũ ex duabꝰ partibus indiuiſibilibꝰ in aliquo tpe: ⁊ poſuit aliqḋ velociꝰ moueri in illo tpe per equale ⁊ dimidiuʒ illius ſpacij: ⁊ hoc poſſibile eſt: vnde neceſſe eſt vt ſpaciuʒ p qḋ moueť hoc velociꝰ cõponať ex tribus ptibus indiuiſibilibꝰ cum ꝓpoꝛtio trium ⁊ duoꝛũ ſit ſexquialtera. ⁊ qꝛ tp̃s in quo ptranſiť magnitudo eſt equale magnitudini: ⁊ diuiſibile in ptes equales numero ptibus quibus diuidiť magnitudo: vt declaratũ eſt ex predicta demonſtratiõe: ſequiť vt illud tẽpus in quo velocius pertranſit magnitudinẽ cõpoſitã ex tribus magnitudinibꝰ indiuiſibilibꝰ / ſit etiã compoſitũ ex tribus partibꝰ indiuiſibilibꝰ. Et qꝛ tardius pertranſiuit in hoc tpe magnitudinẽ compoſitã ex magnitudinibꝰ indiuiſibilibꝰ pertrãſibit medietatẽ iſtius magnitudinis cõpoſite ex duabus partibus indiuiſibilibꝰ in medietate illius tẽpoꝛis. Et qꝛ iſtud tẽpus cõponitur ex tribus partibꝰ indiuiſibilibꝰ / ſequiť vt pertranſeat illam in tpe ⁊ dimidia tẽpoꝛis: ⁊ ſic diuidiť indiuiſibile. ¶ Et hoc intẽdebat cũ dixit: ⁊ ẽt qꝛ tardius ⁊c. i. qñ tardius pertranſit medietatẽ ſpacij. h. ʒ. qm̃ notũ eſt ꝙ cum aliqḋ notuʒ pertrãſit aliqḋ ſpaciũ in aliquo tpe ꝙ ptranſibit medietatẽ illius ſpacij in medietate illius tẽpoꝛis. Et ẽt ſi poſuerimꝰ hoc motũ tardius moueri per totuʒ ſpaciũ per qḋ velocius moueť pertrãſibit illud in maioꝛi tẽpoꝛe ⁊ mouebiť in medietate illius tẽpoꝛis per medietatẽ il/ 23

liu9 spaciũ cópositi ex tribus partibus indiuisibilib⁹. Et sic diuidit indiuisibile: ⁊ hoc intédebat cum dixit: qm̃ pertrãsitus ei⁹ nó erit in tpe equali in tpe maiori nedũ vt sit in tpe indiuisibili.

❡ Capl'm in quo ostédit ꝙ indiuisibile tpis est ip̃z nũc: ⁊ ꝙ in ipso nũc nó ꝯtingit eẽ motũ neq; qeté. Cap. 4.

Necesse aũt est ⁊ ipsuz nũc qḋ nó ꝑm alterũ: sed per se ⁊ primũ dictum indiuisibile ⁊ in omni tpe hmõi eẽ. Etenĩ aliquid vltimuz eius qḋ est factũ cuius sup hoc nihil futuri est. Et iteruz futuri est cuius super hoc nihil est illius qḋ factuz est. Quod vtiq; diximus vtrisq; esse terminum.

❡ Et necesse est vt instãs ét qḋ non dicit̃ ꝑ aliqḋ sed ꝑ se ⁊ principalr̃ vt sit indiuisibile. Et qḋ est in toto tpe vnũ vno mõ. Est.n. vltimũ eius qḋ fuit: ⁊ nihil ex eo ẽ futuri. Et est vltimũ futuri ⁊ nihil ex eo est ei⁹ qḋ fuit. Et hoc est qḋ diximⁿ ꝙ est extremũ vtriusq;.

Instãs ẽ indiuisibile ꝑz sbm: ⁊ diuisibile ꝑz rõnez. Jḋ. 4. phy. cõ. 121.

a Instans dr̃ ṗe ⁊ trãsũptiue. Jḋ l. 54.

b Tp̃s pñs in rei veritate cópoñit ex duobus tépoṙibus. s. ṗterito ⁊ futuro.

24 Uult declarare ꝙ instãs qḋ dr̃ finis ṗteriti ⁊ principiũ futuri est vnũ indiuisibile ꝑm sbm; sed est diuisibile ꝑm rationez. s. ꝙ vltimũ ṗteriti nó est aliud in subiecto a principio futuri. Et qz instans in rei veritate dr̃ de illo qḋ nó diuiditur: nõ ⁊ dr̃ trãsumptiue a de tpe breui in cuius medio est hoc instãs: qḋ vulgus appellat tp̃s ṗsens. Et hoc tp̃s b in rei veritate cóponit̃ ex duobus téporib⁹. s. ṗterito ⁊ futuro. ❡ Dixit. ⁊ necesse est vt instãs ét ⁊c̃. i. ṗseruando se ab isto tépore de quo dr̃ instans nó principalr̃. D. narrauit ꝙ veruz instãs necesse est vt sit indiuisibile: ⁊ vt sit vnũ in toto tépore. ❡ Et cũ narrauit ꝙ necesse est vt sit vnũ indiuisibile: incepit declarare hoc: ⁊ dixit: est.n. vltimũ ⁊c̃. i. ⁊ necesse est vt sit indiuisibile; qz est vltimũ finis tpis preteriti ⁊ nó est pars tpis futuri: ⁊ est ét principiũ téporis futuri: ⁊ nó est pars téporis ṗteriti. D. d. ⁊ hoc est qḋ diximus ⁊c̃. i. ⁊ istud instans est illud de quo diximus cũ locuti fuimus de tépore ꝙ est extremũ téporis preteriti ⁊ futuri. s. finis preteriti ⁊ principium futuri.

❡ Hoc aũt si demonstret̃: qm̃ hmõi est ꝑ se ⁊ ꝑm ipsuz simul manifestũ erit ꝙ indiuisibile est.

❡ Et cũ declaratũ est in hoc ꝙ est tale ⁊ ꝙ est vnũ apparet cũ hoc ꝙ est indiuisibile.

Scire istãs eẽ vnũ ⁊ sci/

25 ❡ Dixit: ⁊ cũ declaratuz est ꝙ vex instans est tale. s. ꝙ nó est pars tpis ṗteriti aut futuri: manifestuz est ꝙ est vnũ: ⁊ ꝙ cũ hoc est indiuisibile. ❡ Et nó intédit ꝙ cuz fuerit declaratũ ꝙ est vnuz/ apparebit per mediũ qḋ est indiuisibile: qm̃ scire ipsuz eẽ vnũ: ⁊ scire ipsuz eẽ indiuisibile est in eodé ordine: ⁊ iḋ dixit: appebit cũ hoc: nã aliqs

pōt dicere: et si ɔcedamꝰ ꝙ instãs est indiuisibile: tñ nõ ɔcedemꝰ ꝙ est vnũ: sed duo: vnũ finis pteriti: et scd̃z pncipiũ erit futuri: et ambo sunt indiuisibilia. Cuz igit̃ apparet qd̃ est vnuz: declarabit̃ cuz hoc ꝙ est indiuisibile ſm dualitatẽ. Hoc igitur qd̃ declarauit h̃ de indiuisibilitate est aliud ab illo qd̃ declarauit in tẽpore: et fundat̃ super duo fundamẽta: quoꝝ vnũ est ꝙ instãs nõ est ps pteriti aut futuri. Scd̃z vero est ꝙ idiuisibile nõ ɔtinuat̃ cũ indiuisibili. ¶ Et cũ narrauit ꝙ cũ instãs fuerit tale necesse est vt sit vnum nõ diuisibile in duo. naz declaratũ est ꝙ in se nõ est diuisibile: sed q̃rit̃ hic ꝙ nõ diuidit̃ in duo: et iõ incepit declarare hoc: et dixit.

re instãs est indiuisibile est in eodẽ ordine. pro hoc rõ cõ. 3. q̃rti met.

¶ Necesse est igit̃ idez esse ipsuz nũc qd̃ vltimũ vtrisq; tpibus est. Si eniz alterũ est: cõsequẽter nõ erit alteruz alteri: pp id qd̃ nõ est cõtinuũ ex impartibilibꝰ. Si aũt seorsuz est vtrũq;: inter mediũ erit tps. Omne eniz cõtinuũ hmõi est: quare erit vniuocuz medio terminoꝝ. At vero si tps mediũ est diuisibile erit. Oẽ eiz tps ostẽsum est ꝙ diuisibile sit. Quare et diuisibile est ipm nũc. Si aũt diuisibile est ipsuz nunc esset aliqd qd̃ factuz est in futuro: et futuruz in eo qd̃ factũ est: ſm qd̃.n. diuidet̃ hoc determinat pteritũ et futurũ tẽpus.

¶ Necesse est vt instãs qd̃ est vltimũ duoꝝ tẽporũ sit vnum. Qm̃ si fuerit vnũ post aliud: impoſſe est vt vnuz sequat̃ aliud: qm̃ tunc continuũ erit cõpositũ ex indiuisibilibus. Et si vtrũq; fuerit separatũ a reliquo: tũc iter illa erit tps. Qm̃ hec erit dispõ cuiuslibet cõtinui. Ergo necesse est vt inter duo extrema sit aliqd̃ vnigeneũ: Sed si inter duo extrema fuerit tps diuidit̃. Naz declaratum est ꝙ oẽ tps est diuisibile: et sic instãs erit diuisibile. Et si istãs fuerit diuisibile: sequit̃ vt aliqd̃ pteritũ sit in futuro: et aliqd̃ ex futuro sit in pteritũ. Qm̃ vbi h̃ distinguit̃ illic est dr̃ia inter pteritũ tps et futurũ.

¶ Et cuz hoc sit declaratũ: necessario sequit̃ vt instans qd̃ est finis pteriti et principiũ futuri sit idez indiuisibile: nisi ſm dictionem tm̃. 26
¶ Et cum narrauit ꝙ est vnum dedit rõnem super hoc: et dixit: qm̃ si fuerit vnum post aliud etc̃. i. qm̃ si finis preteriti fuerit vnũ instãs: et principiũ futuri fuerit aliud instãs: necesse est aut vt instãs sequatur instãs et tangat ipsuz: aut vt alteruz nõ tangat reliquũ: sed impossibile est vt alterũ tangat reliquũ: qm̃ tunc cõtinuũ esset cõpositum ex indiuisibilibꝰ: qd̃ est impoſſe: et etiã impossibile est vt alteꝝ sit separatũ a reliquo nõ tangens: qm̃ tunc sequitur vt inter illa sit tempus: nam impoſſe est vt continuũ sit cõpositum ex segregatis:

In oī cōti/nuo neće ē vt īter duo vltia posita sit aligd de gn̄e illoꝝ cōtinuoꝝ.

inter q̄ ipoſſe eſt vt ſit aliqd ethrogeneū: ꝛ hoc intēdebat cū dixit: qm̄ hec eſt diſpō cuiuſlibet ꝯtinui ꝛc̄.i.qm̄ in omni cōtinuo neceſſe eſt vt inter duo vltima poſita ſit aliqd de gn̄e illoꝝ duoꝝ vltimoꝝ. Si igit̄ fuerint puncta: neceſſe eſt vt inter illa ſit linea: ꝛ ſi ſupficies neće eſt vt iter illas ſit corp̄: ꝛ ſi linee: neće eſt vt iter illas ſit ſupficies: ꝛ ſi inſtantia: neceſſe eſt vt inter illa ſit tp̄s. Ultima em̄ nō inueniūt̄ niſi in habentibus vltima.ſ. ꝙ pūcta nō ſunt niſi in linea ꝛ inſtātia in tp̄e. Et ipoſſe eſt vt cōtinuū cōponat̄ nō ex ſuo gn̄e: ſ ex rebus ſeparatis: ꝛ ēt impoſſe eſt vt vltima ſegregent. ℭ Deinde dicit: ſʒ ſi iter duo extrema fuerit tp̄s ꝛc̄.i.nā poſitū eſt ꝙ inſtās eſt indiuiſibile: qm̄ nō eſt pars tp̄is p̄teriti aut futuri. ℭ Deinde induxit impoſſe qḋ ſequit̄ ſi fuerit diuiſibile: ꝛ dixit: ꝛ ſi inſtās fuerit diuiſibile ꝛc̄.i.qm̄ inſtās ſi ponat̄ tp̄s diuidet̄ per verū inſtās in p̄teritū ꝛ futurū: ꝛ q: eſt terminus inter p̄teritū ꝛ futurū: vt deſcribit̄: neceſſe eſt vt pars p̄teriti q̄ eſt in eo ſit futura: q: diſtinguet̄ ab vltimo qḋ eſt inter tp̄s p̄teritū: ꝛ inſtās qḋ diuiſibile. Et ſilr̄ ſequit̄ vt pars futura ſit p̄terita: qm̄ erūt illic tria vltia.ſ. vltimū p qḋ diuidit̄ inſtans: ꝛ vltimū per qḋ cōtinuat̄ cū preterito: ꝛ vltimū per qḋ cōtinuat̄ cum futuro. Et vl'r cū illud tempus accipit̄ ſm̄ ꝙ eſt poſt preteritum erit futurū: ꝛ cum accipit̄ ſm̄ ꝙ eſt ante futurū erit preteritū. ꝛ ſilr̄ partes eius: qm̄ cū diuidit̄ in duo diuidit̄ in p̄teritū ꝛ futurum: ꝛ vtrūq; eſt preteritū ꝛ futurū inſimul. qḋ eſt impoſſe.

ℭ Simul aūt ꝛ nō per ſe erit hoc nūc: ſed ſm̄ alteruʒ: Diuiſio em̄ nō ſm̄ ipſuʒ eſt. Adhuc aūt ipſius nūc hoc quidē factū erit: illud aūt futurū: ꝛ nō ſemp idē factuʒ eſt ꝛ futurū. Neq; itaq; ipm̄ nūc idē eſt ſimul: multiplr̄ enim diuiſibile eſt tempus.

ℭ Et erit cū hoc inſtās nō illud qḋ eſt per ſe: ſʒ idē qḋ alio modo. Diuiſio em̄ nō eſt ei in ſe. Et cū hoc inſtās non hʒ quandā partē preteritā ꝛ quandā futurā: ꝛ qḋ eſt vnū nō fuit ꝛ erit. Et inſtās non erit idē: tp̄s enim diuidit̄ in multis diuiſionibus.

Diuiſio nō eſt i eēntia i.ī nā inſtātis niſi per accn̄s: qḋ quō ſit itelligēdū vid 4. ph̄. c. 121

27 ℭ Cū declarauit ꝙ vnū impoſſibiliū ꝯtingētiū ponentib' ꝙ inſtās eſt tp̄s: ꝛ eſt vt ſit ps futuri p̄terita: ꝛ pars p̄teriti ſit futura: Incepit inducere aliud impoſſe. ℭ Et dixit: ꝛ erit cū hoc inſtās nō illḋ qḋ eſt p ſe.i.ꝛ cū hoc inſtās nō eſt inſtās qḋ eſt per ſe p̄mo ꝛ p̄ncipalr̄: ſed illud qḋ dr̄ ſm̄ ſilitudinē. D.d. diuiſio em̄ ꝛc̄.i.ꝛ iſta ipoſſibilia cōtingūt ponētib' ꝙ inſtās eſt tp̄s: q: diuiſio nō eſt in eēntia.i. in nā inſtātis niſi p accn̄s: ꝛ cū ſit terminus iter p̄teritū ꝛ futurū. ℭ D. induxit ēt aliud ipoſſe: ꝛ dixit: ꝛ cū hoc ꝛc̄. ꝛ ēt ſequit̄ tertiū impoſſe: ſi inſtās fuerit tp̄s.ſ. vt q̄dā ps inſtātis ſit preterita ꝛ q̄dā ſit futura: ꝛ vni' q̄dā ps nō eſt futura ꝛ q̄dā p̄terita. nā vtraq; ps nō eſt: ꝛ ipoſſe eſt vt vnū ens cōponat̄ ex duob' nō entib'. ℭ Deinde iduxit quartā rōnē: ꝛ dixit: ꝛ inſtās nō erit idē.i.ꝛ impoſſe eſt ſi inſtans fuerit tp̄s vt ſit indiuiſibile. nam omne tp̄s eſt diuiſibile.

¶Quare si hoc impossibile est necesse ipsi nūc necesse est idē esse ei qd in vtroq; est nunc. At vero si idem: est manifestum q est indiuisibile. Si enim diuisibile est iterū cōtingent eadem que ꝛ prius.

¶Cū igit ista sunt ipossibilia necesse est vt instās sit idē.s. instās qd est in vtroq;. Sed si fuerit idē manifestū est q est etiaz indiuisibile. Qm̄ si fuerit diuisibile sequunt ex hoc etiā illa que prius sequebant.


¶Dum declarauit primo q instās impossibile est vt diuidat in indiuisibile. Deinde declarauit scdo q impossibile est etiam vt diuidat in diuisibile. ¶Dixit: cum igit ista sunt impossibilia ꝛc.i.ꝛ cū ista impossibilia predicta sequant ponētes q instans est diuisibile: siue indiuisibile: necesse est vt instans sit idē.s. instās cōmune vtriq; tempori preterito ꝛ futuro; ꝛ hoc intēdebat cū dixit.s. instans qd est in vtroq;.i. instans qd est pria cōis vtriq; tempori. ¶Et cuz declarauit q necesse est vt sit idē; qz est indiuisibile: declarauit ēt cōuersam s. q cū fuerit idem sequit vt sit indiuisibile: ꝛ quasi intēdebat q cōuersio est manifesta per se: ꝛ ipsum esse indiuisibile non est manifestum per se. ꝛ ideo dixit; sed si fuerit vnum ꝛc. 28

¶Quod quidē igit sit aliqd in tpe indiuisibile qd dicimus esse ipm nūc: manifestuz est ex his q̄ dicta sunt. Quod aūt nihil in ipso nunc mouet ex his manifestū est. Si nāq; est cōtingit ꝛ veloci⁹ moueri in ipso nunc ꝛ tardius. Sit igit ipm nūc in quo eni moueat aut velocius in ipso: per.a.b. Ergo tardi⁹ in ipso per minorē q̄z sit.a,b, mouebit vt p.a.c. Qm̄ aūt tardi⁹ in toto ipso nūc mouet p.a.c. velocius in minori q̄z hoc mouebit. Quare diuidet ipm nūc: sed erat indiuisibile. Nō ergo est moueri in ipso nunc. Qd mot⁹ i instāti nō possit fieri.

¶Declaratū est igit ex dictis q i tpe est aliqd idiuisibile qd dr instās: ꝛ nos declarauim⁹ prius q nihil mouet in h istāti. Si igit possibile est vt moueat veloci⁹ ꝛ tardius. Si igit instās eni ꝛ moueat in illo aliqd veloci⁹ per spaciū.a.b. ergo tardius mouebit in illo p minus spaciū q̄z p spaciū.a.b. V.g. spaciū.a.c. Si igit tardi⁹ in toto instāti mouet p spaciū.a.c. tūc veloci⁹ mouebit p minus. Vñ seqt vt instās sit diuisibile. Sz est idiuisibile. ergo impossibile est vt aliqd moueat in instāti.

29 ℭ Cum declarauit ꝙ istās est īdiuisibi / le: vult declarare ꝙ impoſſe est vt motus fiat in instāti decla/ ratiōe pfecta: et pre ponit ad hoc ꝙ ī qlī bet pte tpīs in qua mot⁹ pōt fieri/ poſſe est vt duo mota mo ueant: vnū veloci⁹ et aliō tardius. Cū igitur hoc fuerit po/ situm et posuerimus duo mota vnū velo cius et aliō tardius moueri in instāti p aliqđ spaciū: nō est dubiū qn tardi⁹ mo ueat in illo p spaciū min⁹. Et cū posueri mus ꝙ veloci⁹ mo/ uebit p illud spaciū minus: et motū velo cius mouet per spa/ cium minus in mi/ nori tpe. Manifestū est ꝙ veloci⁹ ptrāsibit hoc spaciū in tpe minori instāti: qđ est ɔtra positū. ℭ Et sermo ei⁹ ī hoc caplo ē manifest⁹: et iā declaratū est ꝙ ipoſſe est vt mot⁹ fiat in instāti ex pdictis. s. qī oē veloci⁹ poſſe est ponere velocius ipſo. Qm̄ non pōt aliqs dicere ꝙ illū quo nihil est velocius est illud qđ mouetur in instāti: et illud quo ni/ hil est tardius est illud qđ mouetur per magnitudinē indiuisibilē: et et si hoc esset non esset proportio inter illum motū et alios motus. s. qui est in maxima velocitate et maxima tarditate: quia non est pro/ portio inter lineam et punctum. Notum est per se ꝙ motus sunt pro/ portionales ſm velocius et tardius.

ℭ Demonstratio ostendens ꝙ in ipſo nunc motus esse non potest.



Quid est quiescere.

ℭ At vero neqꝫ qescere. Quiescere enī diximus aptū natū moueri qđ non mouetur: qn̄ aptum natum est et quo et sic. Quare: qm̄ in ipſo nūc nihil aptū natum est moueri: manifestū est qꝛ neqꝫ quiescere.

In ipſo nūc nihil ē ap/ tū natū mo ueri neqꝫ qescere.

ℭ Neqꝫ ēt est poſſe quiescere: qm̄ iaꝫ diximus ꝙ quies non dr̄ nisi in eo quo innatū est moueri: cuꝫ nō mouet qn̄ innatū est moueri: et quo innatuꝫ est moueri: et quo est. Et qꝛ impoſſe est aliqđ innatū eē moueri in instāti: manifestū est ꝙ nihil oīno est innatū qescere in eo.

¶ Cū declarauit q̄ impossibile est motū fieri in instanti: vult declarare q̄ similiter est in quiete: et posuit q̄ quiescēs non dr̄ quiescere nisi quādo fm̄ suam naturā et locū et tp̄s fuerit innatū moueri: et nō mouetur. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit: qm̄ iam diximus q̄ quies et cetera. et intendebat cū dixit: in eo qd̄ innatū est moueri: in eo qd̄ hz naturā recipiendi motū. ¶ Et cū dixit: et qn̄ intendit in tp̄e in quo innatuz est moueri. ¶ Et cuz dixit: et in quo innatum est: intendit et ad locum quo innatum est moueri. ¶ Et cum dixit: fm̄ quem innatuz est: intendit: et cū fuerit in ea dispōne qua innatum est moueri. 30

2 ¶ Et cū preposuit q̄ quiescēs est illud qd̄ innatū est moueri in tp̄e in quo est innatū: et ad locū in quo est innatū: et silr̄ in alijs dispōnibus: dixit: qr̄ igit impossibile est et cetera. ¶ Et cōsecutio istius sermonis est manifesta qm̄ qr̄ quiescens nō quiescit: nisi in tp̄e in quo innatū est moueri: et instās non est tp̄s in quo pōt aliqd moueri: cōcludit in scd̄a figura q̄ tp̄s in quo aliqd quiescit nō est instans.

Quiescens nō dr̄ quiescēs nisi qn̄ fz suā nām et locū et tp̄s fuerit innatuz moueri et n̄ mouet. J5.4.ph. t.cō.118. et idē hic.j.t. 67.et.72.et 75.

¶ Amplius si idē quidē nūc in vtrisqz tp̄ibus est: contingit aūt hoc quidez moueri: illo aūt quiescere p totū. Qd̄ aūt mouet in tp̄e et toto: in quolibet mouebit huiusmōi fz qd aptū natū est moueri: et quiescēs silr̄ quiescet: cōtinget idē simul quiescere et moueri. Idē.n. vltimū tēporū vtrorūqz ipm nūc. ¶ Et et si instās est idē in vtroqz tp̄e: et est possibile vt fm̄ aliqd totū moueat in altero et quiescat. Et illo qd̄ mouet fm̄ totuz in aliquo tp̄e mouet in quolibet loco de numero locorū in quibus innatū est vt motus fiat: et qd̄ quiescit silr̄ quiescit illo mō. Sequit necio vt idez sit motū: et quiescēs: Nā instās idē est vltimū duorū temporū.

¶ Ista est alia declaratio: et intētio eius est: qm̄ qr̄ motū mouet in tp̄e et quiescit in alio: et instans qd̄ diuidit hec duo tempora est idez: et vt predictū est: et omnis pars in qua demonstratur res mota in tempore in quo mouet est mota in ea: et ois pars in qua demonstrat res quiescens in tempore in quo quiescit est in ea quiescens: si dispositio motus in instanti qd̄ diuidit hec duo tempora.s. tempus quietis et tempus motus sit ista dispositio: sequit vt in hoc instanti sit quiescens et motū insimul: qr̄ est cōmune vtriqz tempori: et illud qd̄ mouetur in vno tempore est quiescens in toto vel in oībus partibus et in toto alterius est motū. Si igit quiescit in hac parte cōmuni necessario mouebit in ea: ex quo sequitur vt illud sit in instanti quiescens in motū insimul. Deinde dixit. et etiā si instās et cetera.i. et cū posuerimus q̄ instās est idē: vt declaratū est: et cōmune vtriqz tēpori: et est possibile vt illud moueat fm̄ totum in altero duorū temporum que diuidit instās: et quiescit in altero. ¶ Et cū posuerit hāc ppositionē coniunxit ei aliā et dixit: et illud qd̄ mouet fm̄ totū et cetera.i. et omne totum qd̄ mouet fm̄ totum in toto aliquo tēpore necessario mouet in qualibet parte illius temporis: cum sit positum ipsum moueri in oībus partibus eius.s. q̄ motus eius est possibilis in qualibet parte temporis 31

ris in quo mouetur ꝓm totum. Et similr qđ qescit est quiescens in oibus partibus temporis in quo qescit. ¶ Et cum posuit has ꝓposi-tiones quasi ꝓcedentes: quarum vna est ꝙ instans est cõe duobus temporibus insimul: ꝛ est vnum indiuisibile. Et scđa est: ꝙ possibile est vt illud ꝓm totum moueatur in vno tempore ꝓm totum ꝛ qescat in alio. s. in duobus temporibus que diuidit instans cõmune. Et tertia est ꝙ in qualibet parte temporis in quo res mota mouetur ē mota: ꝛ in qualibet parte temporis in quo qescit est qescens: induxit cõsequens ꝛ dixit: sequitur necessario ꝛc. ꝛ ista cõsecutio manifesta ē: qm cum instans fuerit cõmune vtriq₃ tempori motum mouetur in omnibus partibus vnius temporis: ꝛ quiescit in omnibus partibꝰ alterius temporis. Si fuerit possibile ipsum qescere in instanti necessario mouebitur in eo: ꝛ fi[illegible]erit in eo quiescens ꝛ motum: quod est impossibile. Ergo in hac pte neq₃ qescit neq₃ mouetur. Et cum verificauit ꝙ impossibile est vt aliqđ moueatur aut qescat in instanti: necesse igitur est vt motum non moueatur ꝛ quiescens non quiescat nisi in tempore.

¶ Amplius aūt quiescere qdem dicimus qđ similr se h₃: ꝛ ipsum ꝛ partes ꝛ tunc ꝛ prius. In ipso aūt nunc non est prius: quare neq₃ qescere. Necesse est ergo ꝛ moueri qđ mouetur in tpe: ꝛ quiescere quiescens.

¶ Tractatus Secũdus in quo agit de diuisione motꝰ ꝛ qetis: postq₃ premiserat in superioribus quedam necessaria ad tale₃ diuisionem.

¶ Ostendit ꝙ indiuisibile nõ potest moueri: sed qũo motus diuiditur. Cap. I.

Quod mutatur autem oē diuisibile esse necesse ē: qm̃. n. ex quodã in qđdam oīs mutatio est. Et cũ qdem sit in hoc in qđ mutatu₃ ē: non amplius mutatur. Cum aute₃ est in eo ex quo mutatum ē ꝛ ip₃ ꝛ partes eius non mutãtur. Qđ enī₃ similr se h₃ ꝛ ipm ꝛ partes oēs non mutantur. Necesse igr hocq₃dem aliqđ in hoc esse: aliud vero in altero mutantis. Non. n. in vtrisq₃ neq₃ in neutro posse est esse. Dico aūt in qđ mutatur ꝓmũ ꝓm mutatõem: vt ex albo in fuscum nõ in nigrũ: nõ. n. necesse ē ꝙ mutatur in quocũq₃ eē vltimo₃. Manifestũ igitur est ꝙ oē qđ mutatur erit diuisibile.

¶ Et omne transmutabile necessario ē diuisibile. Qm̄ q̄ oīs transmutatio est de aliquo ⁊ ad aliquid. Et qm̄ res manet in illo ad qđ transmutatur tūc non transmutatur. Et cum ēt manet in illo a quo transmutatur oīb⁹ suis partibus: tunc non transmutatur. Et qm̄ illud qđ est ⁊ sue partes eodem mō non est transmutatum. Sequitur necessario vt transmutatum ẜm quādam partez sit in hoc: ⁊ ẜm aliaz sit in hoc. Qm̄ impol'e ē vt in vtro q̄ sit: aut sit in neutro. Et intelligo p hoc qđ dico ī quo transmutatur primum in transmutatione. Uerbi grā. ex albo in palliduz non in nigrum. Qm̄ nō est necessarium vt transmutatuz sit: aut in hoc extremo: aut in B. Ergo manifestū est q̄ illud qđ trāsmutat̄ est diuisibile.

In hac qōne accidit expositoribus qđ quasi insolubilis contra Aristo. dicunt enī q̄ si intelligit per transmutabile mobile .s. illud quod ꝓprie cadit in tria p̄dicamenta tm̄ .s. in quāto: ⁊ vbi: ⁊ quali: tunc ẜmo eius non ꝯtinet transmutatōem in sbstātia: ⁊ manifestum est q̄ illud qđ transmutatur in substantia non est diuisibile sicut illud qđ transmutatur in alijs motibus. Et etiam iam dixit super hoc q̄ transmutatio in substantia collocat̄ sub hac declaratione: vnde opinandum est q̄ vtit̄ hic transmutatiōe pro tribus transmutatōibus. sed si modo fuerit intellectus iste locus: excipiūtur tunc transmutatōes que fiunt non in tpe: ⁊ ista transmutabilia sunt diuisibilia ⁊ corpora: ⁊ sic demonstratio erit particularis: ⁊ deberet esse vniuersalis. Et si intellexerimus per trāsmutabile illud qđ transmutat̄ in tpe ⁊ in nō tpe: tunc demonstratio non erit vera: trāsmutatum non in tpe non erit ẜm quādam partez in eo ex quo: ⁊ ẜm aliam in eo ad qđ. ¶ Et iđ expositores ambigūt in r̄n̄sione ⁊ in isto loco: ⁊ dicunt q̄ Alex. exponit q̄ oīs transmutatio est in tpe: sꝫ qdā latet sensum. ¶ Themistius vero dixit q̄ Aristo. non loqtur hic de illo qđ transmutatur non in tpe: ⁊ fingit cum istam transmutatōem esse diuisibilem: ⁊ qđ manifestum est per se transmutatōem esse non in tpe: intentio eius est transmutatio in oībus partibus. ¶ Alex. āt contradicit in hoc famoso vel magistro magno: qm̄ Arist. ⁊ oēs peripathetici dicunt hic esse transmutatōes que fiunt non in tpe: ⁊ hoc est manifestum in illuminatōibus ⁊ silibus. Ergo nihil est ponere q̄ oīs transmutatio est in tpe. ¶ Dissolutio aūt Themistij corrūpitur ex hoc: qm̄ ignorare transmutatum esse diuisibile aut indiuisibile: p transmutatōem diuisibilem aut indiuisibilem est in eodez ordine. Sed dignius est vt sit latentius naturalr̄ transmutatum esse diuisibile per transmutatōem indiuisibilem. Existimat̄ .n. q̄ trāsmutatio indiuisibilis dꝫ esse in indiuisibili. Et ēt demōstratio qua Arist. vtitur in hoc non erit ẜma ⁊ essentialis: qm̄ diuisibilitas eius qđ transmutatur in tempore non est ei ẜm q̄ est in tpe: cuz inueniatur in eo

32

Qđ vtrum Phs ī hoc loco intelligat per trāsmutabile id qđ soluz in trib⁹ predicamētis ē trāsmutabile.

Rō Alexā.

Rō Themi.

Cōtra Ale.

Cōtra Themistium.

qd non transmutatur in tpe. Et sic illud qd accipitur cā in hac dmōstratione non est cā: et erit ac si aliqs diceret q homo est ambulans: qz est rōnabile: rōnalitas enim non est cā ambulationis nisi per accidens.

Responsio Auēpace.

¶ Auēpace rndit ad hoc: q diuisibilitas quam Aristoteles intendit in hoc loco non est diuisibilitas fm vltima: sed diuisibilitas que est in corpore per accntia opposita: qm cum transmutatum transmutatur de contrario in contrarium necessario diuiditur p duo ptraria dum transmutatur: et certe ista diuisibilitas est pūma trāsmutatio in tpe: et non accidit ei idem qd accidit Themistio. Sz ista diuisibilitas est per accns in continuo: et Arist. non considerat in h loco nisi diuisibilitatem que est continui essentialr. s. fm vltima.

Cōtra Auēpace.

¶ Ego aūt sustinui opinionem Auēpace: sed modo non: qm transmutatōes sunt duobus modis: modus exns per se: et est trāsmutatio que est de gete in getem. et modus exns non per se: et est trāsmutatio que est finis alterius transmutatiōis. V.g. illuminatio domus q fit a motu candele: et mutatio colūne de dextro in sinistrum a motu colūne. Et manifestum est q iste transmutatōes sunt non in tpe: quia sunt transmutatōes: et finis est indiuisibilis: et differt ab illo cuius est finis. ¶ Et est manifestum q impole est vt sit per se: ergo trāsmutationes que sunt principales sunt duobus modis. Aut transmutatio cuius finis est de gne illius transmutatōis. Aut transmutatio cuius finis est de alio gne: et vtraqz est transmutatio in tpe: et quedaz ē i eo ex q: et qdā i eo ad qd: et i alteri siue finis trāsmutatōis fuerit d gne ipsi⁹: aut n d gne. Ergo trāsmutabilia q sunt n i tpe eadē ipsa sunt trāsmutabilia q sunt i tpe. Ergo cū fuerit dclatū d istis q sunt i tpe: que sunt diuisibilia: declabunt oīa transmutabilia esse diuisibilia. Cum omne transmutabile non in tpe est transmutabile in tpe. ¶ Et ēt transmutari aliqd non in tpe est per accns cum cōsequatur transmutatōem aliam. ¶ Quō igitur accusatur Arist. si demōstratio ipsius non cōtinet ipsam: cum illud qd est per accns non habeat demrātiōem cum hoc q cognitio eius collocat in cognitōe trāsmutabilis per se: qm illud qd est per accns seqtur illud qd est per se: et ēt finis trāsmutatōis nō est trāsmutatio: qm finis rei non est illa res. Si igitur dicat transmutatio: erit per equocationem: et ideo Arist. nō apponit mētem illi: cum hoc qd apparet in sua declaratiōes et sic Arist. intētio latet oēs expositores. ¶ D. d. et oīs trāsmutatio est de aliquo. i. de aliquo in quo est qescēs: et ista sicut diximus est trāsmutatio que est essentialr. s. de gete in getem. Trāsmutatio vo que seqtur trāsmutatōem nō est de gete in getem: et iō nō est transmutatio exns per se. Et cum posuit q oīs trāsmutatio est de gete in gētez: dixit: et res qn manet in illo rc. i. et res trāsmutabilis qn qescit in illo ad qd trāsmutatur: tūc nō trāsmutatur: qm iam transmutata ē. Et silr qn qescit in illo a quo trāsmutatur fm oēs suas partes nō dicit tūc trāsmutari ipsam. Et cum posuit q cum aliqd fm suas oēs ptes fuerit in illo ad qd trāsmutat nō trāsmutatur: quoniam iaz trāsmutatum est. Et similr qn fuerit fm omnes ptes in eo a quo trāsmutat qm nōdum trāsmutatur: dixit. seqtur necessario rc. i. sequitur necessario vt trāsmutatum in prima trāsmutatōe sit fm quādam ptes in eo a quo est trāsmutatio: et fm aliam in eo ad qd est trāsmutatum.

Trāsmutatio duplex. p se: et non per se. Vid ↄsilez distinctionez. 4. ph. cō. 129. Finis ē indiuisibilis et differt ab eo cuius ē finis. Idez infra tex. c. 46.

Finis trāsmutatōis n ē trāsmutatio. et si dicatur trāsmutatō erit fz equocationez. Cōsilr 5. phy. c. 8. Et. 4. phy. c. 129. Idē 8. phy. c. 7.

Idē. 5. ph. tex. cō. 62.

pmo. Nam īposs̄e ē vt in tpē trāsmutatōis sit in vtroq̄ȝ insil̄ s̄m oēs ptes: qm̄ tūc eēt qescēs̄ ⁊ motū insil̄. Et īposs̄e est ēt vt in pma trāsmutatōe sit in neutro:.s. neq̄ȝ in illo ex q̄ ē transmutatio: neq̄ȝ in eo ad qd̄ est trāsmutatio pmo. Qm̄ īter illud ad qd̄ ē trāsmutatio/ ⁊ illud ex q̄ ē trāsmutatio pmo/ nō ē mediū. ¶ Et cum posuit h̄ dixit: q̄ necē ē vt trāsmutatū ⁊c̄. D. dclauit q̄ sunt h̄ duo: ⁊ dixit: ⁊ intelligo ⁊c̄. i. ⁊ intelligo p h̄ qd̄ dixit: q̄ trāsmutatū in pma trāsmutatiōe dȝ eē s̄m quādā ptē in eo a quo ē trāsmutatio: ⁊ in eo ad qd̄ est trāsmutatio pmo non postremo: qm̄ non est necesse vt trāsmutatum in pria transmutatōe sit s̄m quādam ptem in eo ex quo: ⁊ s̄m aliam in eo ad qd̄ est transmutatio in postremo: cū inter h̄ duo sit mediū. ¶ Et induxit exēplum de transmutatōe in qualitate ⁊ de qualitate in coloribus: cum pmum appareat in hac transmutatōe: bn̄ apparet .n. q̄ in coloribus est color inter quem ⁊ illum a quo est transmutatio non est medius. ¶ Et ꝯsiderandū est qd̄ sit pmū in vnaq̄ȝ q̄ttuor trāsmutationū: nā ista dēmrātio fundat̄ sup h̄ q̄ h̄ pmū iueniat̄ in oībus transmutationibus. ¶ Dicamus igit̄ q̄ hoc pmuȝ est natural̄r in transmutationibus que sunt in qualitate: manifestum est in coloribus cum bn̄ apparet q̄ inter colores sunt media finita in nūero natal̄r. Et itelligo h̄ p mediū nō illud qd̄ diuersat̄ s̄m magis ⁊ minus: sed illud qd̄ diuersat̄ s̄m formam ⁊ q̄litatē. Qm̄ palliduȝ nō differt ab albo s̄m magis ⁊ minus: sȝ s̄m q̄litatē: ⁊ si nō eēnt eiusdeȝ spēi. ¶ In gustabilibus aūt vī q̄ ita est sicut in coloribus. ¶ In primis aūt in qualitatib⁹.s. caliditate ⁊ frigiditate vī q̄ mediū ē tēpatuȝ. Trāsmutatum.n. in pmo cū trāsmutat̄ de calido in frigidum: dī q̄ quoddam est in calido/ ⁊ quoddam in temperato: cum inter calidū ⁊ temperatum non est equalitas media diuersa s̄m formam: sed s̄m magis ⁊ minus. Qm̄ manifestum est per se: q̄ cum trāsmutatū amittit partem calidi: ⁊ acquirit partem frigidi: q̄ quedam pars eius ē in calido: ⁊ quedam in temperato: qm̄ non calidum s̄m totum: neq̄ȝ temperatum s̄m totum. Et simil̄r quādo amittit aliquam parteȝ albi ⁊ acquirit aliquam partem pallidi: nō est in albo s̄m totum: sed quiddam in albo ⁊ quiddam in pallido: sȝ h̄ quiddam nō distiguatur in actu/ sed in potētia: qm̄ cum fuerit in actu destruetur motus. ¶ Primum in trāslatione est locus qui seqtur locum ex quo mouet̄ res mota. Si igitur motum fuerit natural̄r ⁊ finituȝ de primo extremo ad vltimum extremum: tunc erit illic primum natural̄r. Verbi gratia q̄ si terra moueatur de superiori in inferius. V.g. de vltimo ignis ad locum inferiorem: tūc primum erit locus aeris: quoniam non est locus medius inter locum ignis ⁊ aeris: ⁊ si nō fuerit motū natural̄r nō erit illic pmum natural̄r. Sed quia locus ex quo mouetur res mota est alius a loco in quo quiescit necessario: ⁊ inter quelibet duo loca est corpus: cum inter quaslibet duas superficies ē corpus. Qm̄ superficies nō sequitur superficiē necesse est vt motus qdā sit in loco a quo mouet̄: ⁊ qdā in loco q est iter locuȝ a quo mouet̄ ⁊ locū ad quē mouet̄.s. in corpore qd̄ ē in potētia locus inter hec duo loca.s. pmū ⁊ postremū. Et iō iter q̄libȝ duo loca ē loc⁹: ⁊ si loc⁹ sequeret̄ locū: ⁊ posuerimus q̄ motū qn̄ fuerit totum in loco a quo mouet̄ est quiescēs: ⁊ qn̄ ēt fuerit totū in loco a quo mouet̄ ⁊ qdaȝ

Quid pmū ī q̄litatib⁹.

Digressio q̄rit qd̄ sit pmū ī vnaq̄ȝ trāsmutatōe.

Mediū s̄ȝ magis ⁊ minus ⁊ mediū s̄m formā ⁊ q̄litatē. Ideȝ.3. Meteorologicō. vltio.

Quid pmū in loco.

in loco ad quē mouet̄ est qeſ̄cēs: necesse est cū fuerit motū vt q̄d des sit in loco ad quē mouet̄: & si posuerimus motū esse indiuisibilē & loca esse īdiuisibilia: & ɔ̄ña sequit̄ vt motū sit diuisibile. ¶ Et iō Ari. nō vtit̄ in hac declaratiōe ꝙ inter quelibet duo loca est locus: & ꝙ locus nō sequit̄ locū: sicut opinatus est Auēpace. s. ꝙ ista demōstratio non pficit̄ nisi vtendo hac ꝓpōne. ¶ Primū aūt in generatiōe & corruptione est minima pars: que pōt inueniri de gñato: minimū eniʒ de oī gñatiōe terminate q̄ntitatis. V.g. ꝙ minima pars ignis ē terminata. s. minima pars que pōt esse ignis. ¶ Deinde. d. manifestuʒ est igit̄ ꝙ oē qd trāsmutat̄ est diuisibile: & hic demōstrat ꝙ intēdebat diuisibilitatē simplr̄. s. ꝫm vltia; nō sicut existiauit Auēpace.

Apostro/ phat cōtra Auēpace.
Quid pmū in gñatiōe.
Mima ps ignis ē ter/ miata. idē ifra cō. 91. idē. 8. phy. 44. idē pri mo phy. 36 37. & 38. idē 2. de aīa. 41 & 97. Ideʒ 7. phy. cō. 2 & in. 8. phy. 62. Et in p ce. 116. ideʒ hic ifra. cō. 49. & 59. & tertio celi, cōmē. 9.
Mot' ē diuisibilis dupl̄r. vʒ. ad diuisionem mobil' & ad diuisionem tēporis.

¶ Motus aūt est diuisibilis dupl̄r: vno quidē mō tpe: alio vero ꝫm ptiū illius qd mouet̄ mot': vt si ipm. a. b. c. mouet̄ totū: &. a. b. mouebit̄ &. b. c. Sit igit̄ ipsi' quidem. a. b. qui est. d. h. ipsius. b. c. qui est. h. ʒ. mot' partium. Necesse igit̄ totuʒ in quo est. d. h. ʒ. ipsius. a. b. c. esse motū: mouebit̄. n. ꝫm hūc. Qm̄ q̄dē vtraqʒ partiuʒ mouebit̄ ꝫm vtrūqʒ. Nulla. n. mouebit̄ ꝫm alteri' motum. Quare tot' mot' totius est magnitudīs mot'.

¶ Et motus est diuisibilis duob' modis: vn' est in tpe & alius ꝫʒ ptes moti. V.g. qm̄ cū mouet̄. a. b. c. mouetur ꝫm totuʒ ps. a. b. & mouebit̄ ēt sil'r ps. b. c. Sit igitur mot' partis. a. b. d. h. & motus. b. c. h. ʒ. Erit igr̄. d. h. ʒ. mot' partiū. a. b. c. Vñ necesse est vt tot' mot'. d. h. ʒ. sit motus magnitudīs. a. b. c. Cū vtraqʒ pars ei' moueat̄ vno motu illoꝝ: & neutra moueat̄ hoc motu toto vñ necesse est vt iste motus totus sit istius totius magnitudinis.

¶ Pria demōstratio ōñdēs ꝙ motus diuidit̄ ꝫʒ diuisionē mobil'.



¶ Cū declarauit ꝙ oē motū est di
33 uisibile; fuit necesse vt diuisibilitas accidat motui ꝫʒ tps & ꝫʒ motū. Incepit notificare hoc. ¶ Et dixit: & mot' est diuisibilis duob' modis &c. & intēdit per partes mo

ti partes q̃ mouent de pricipio spacij vsq̃ ad fine: ↄ silr est intelli-
gẽdũ de partitione mot⁹ ſm partitione partiũ: qm̃ ista partitio dif-
fert a partitiõe eius ſm partitionem tpis. ¶ D. induxit exẽplũ ↄ di
xit. V. g. ↄc. i. qm̃ vtraq̃ istaꝝ partiuꝫ mouebit de initio spacij vsq̃
ad finẽ sicut totũ mouet. D. d. sit igit mot⁹ ↄc. i. ↄ cũ fuerit necesse
vt vtraq̃ pars. s. a. b. ↄ. b. c. moueat apud motũ toti⁹. a. b. c. necesse
est vt vtraq̃ pars. a. b. ↄ. b. c. habeat motũ. Sit igit. d. h. mot⁹ ptis
a. b. ↄ. h. z. motus. b. c. erit igit mot⁹ cõposit⁹ ex duobus motib⁹. d. h
ↄ. h. z. ¶ D. d. vnde necesse est ↄc. i. vñ necesse est vt iste tot⁹ motus
qui est cõposit⁹ ex duob⁹ motib⁹ partiũ. d. h. ↄ. h. z. sit mot⁹ magnitu
dinis. a. b. c. cuius ptes sunt a. b. ↄ. b. c. ¶ D. dedit cãm huius cõse-
cutionis: ↄ dixit: cũ vtraq̃ pars ↄc. i. ↄ cã in hoc est qm̃ tota magni-
tudo. a. b. c. nõ dicit moueri nisi cũ vtraq̃ pars eius mouebit vno
motu: ↄ hoc intẽdebat cũ dixit: cũ vtraq̃ ps ↄc. ↄ cum declarauit
ꝙ aliquid nõ dr moueri ſm totũ: nisi cũ quelibet suaꝝ partiũ mo-
ueat motu vnõ: ↄ dixit: ↄ neutra moueat ↄc. i. ↄ qꝛ motus quẽ hꝫ
tota magnitudo: nõ est rei nisi cum ptes eius fuerint mote: ↄ est im
poẽ vt motus toti⁹ attribuat parti: sequit vt mot⁹ totius sit omniũ
partiũ. Naꝫ impoẽ est vt mot⁹ alicui⁹ attribuat alij ab eo qd moue
tur illo motu. ¶ Et intẽdit in declaratione eius qd est motus priuꝫ
sit motus totius declarare ex hoc ꝙ motus totius ẽt sit diuisibilis
ſm diuisibilitatẽ moti: ↄ qꝛ iste modus diuisibilitatis est ali⁹ ab eo
quẽ hꝫ ſm suam extẽsionẽ cum tempore.

¶ Ampli⁹ aũt si oĩs motus alicuius est: tot⁹ aũt motus qui est in quo est. d. h. z. neq̃ partiũ ẽ neutre: ptis vtraq̃ enĩ est. Neq̃ alteri⁹ nullius. Cui⁹ enĩ tot⁹ totius ↄ ptes partiũ sunt. Partes aũt ipsius. d. h. z. sunt ipsarũ q̃ sunt a. b. c. ↄ nullaꝝ aliarũ. Pluriũ. n. nõ erat vnus mot⁹: ↄ vtiq̃ totus motus est ipsius. a. b. c. magnitudinis. ¶ Et ẽt si oĩs motus est alicui⁹: ↄ mot⁹. d. h. z. est neu-trius ptis. Qm̃ vtraq̃ pars est pars ptis. Non alteri⁹ oĩno. Qm̃ illud cuius est tot⁹ est toti⁹ motus: ptes mo-tus sunt partiũ eius. Et ptes eius sunt ptiũ. a. b. c. nõ al terius oĩno. Qm̃ si vnus mot⁹ nõ est pluriũ vno. Neces se est vt iste mot⁹ totus etiã sit magnitudĩs. a. b. c. — Ad idem.


¶ Ista est alia demõstratio quodãmõ ↄfirmat pdictã alio mõ. ¶ Et
dixit: ↄ ẽt ↄc. i. si oĩs mot⁹ est moti ↄ mot⁹ cõposit⁹ ex motib⁹ partiũ.
V. g. mot⁹. d. h. z. qui est cõposit⁹ ex motib⁹. d. h. ↄ. h. z. qui sunt par 34
tiũ. a. b. ↄ. b. c. ↄ nõ est alteri⁹ ptis istius moti: necesse est vt tot⁹ sit
toti⁹. ¶ Sꝫ anteq̃ induceret exẽplũ icepit verificare hoc qd posuit in
pcedẽti. s. ꝙ mot⁹ cõgregat⁹ ex ptib⁹ moti cũ nõ fuerit alteri⁹ ptium
moti: necesse est vt sit toti⁹ moti. Et hoc acceptũ fuit in pmã demon-
stratiõe p manifesto. ↄ dixit: qm̃ vtraq̃ ps ẽ ps ↄc. i. mot⁹ cõgregat⁹
ex motu partis nõ est vnius partiũ: qm̃ quelibet ps hꝫ partes illi⁹

motus: et impossibile est vt motus ꝯgregat⁹ ex motib⁹ istarum partium sit vnius istarum partiū: ita ꝙ totū et ps sint eiusdē: ergo necesse est vt sit totius. ¶ D. induxit aliū sermonē ex quo sequitur ista ꝯclo priā ꝯsecutione: et dixit: qm̄ illud cui⁹ totius rc. i. qm̄ nō est dubiū in hoc. s. ꝙ ptes motus cuius totū est totius moti sunt ptiū moti: sꝫ ē dubiū de ꝯuerso. s. ꝙ motus q est ptiū moti est motus totius. s. oīuꝫ ptiuꝫ. Sꝫ dicimus ꝙ ista ꝯuersio ē vera: qm̄ cū fuerit ipossibile vt ptes sint alterius rei a partibus moti: necesse est vt motus totius sit ꝯgregat⁹ ex motibus ptiū: qm̄ si hoc nō fuerit tūc mot⁹ totius erit magis vlis ꝙ̄ id qd̄ cōgregatur ex motib⁹ partiū: et sic erūt ptes motus totius in ptibus totius in aliquo alio a ptibus totius: si motus eius qd̄ ꝯgregatur ex ptibus fuerit magis particularis ꝙ̄ motus totius. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit: qm̄ si vnus motus nō fuerit rc. i. qm̄ si ptes motus totius nō fuerint nisi ptiū totius: cū sit ipossibile vt vnus motus sit pluriū vno moto/ necesse est vt motus ꝯgregatus ex motibus ptiuꝫ sit motus totius: quēadmodū ptes motus totius sunt ptiū moti. s. ꝙ ista ꝓpō ꝯuertitur. ¶ Et ista declaratio est vtilis in eis qbus vtitur in fine octaui. s. ꝙ motus infinitus nō est corpis finiti.

¶D.d.qm̃ ĩpossibile est dicere ⁊c̃.i. qm̃ impolẽ est dicere ꝙ motus qñ puenerit ad extremuz magnitudinis que est.c.h.aut.b. pueniat ad ipm in differẽtia tpis indiuisibili.s.in instanti:ita ꝙ non fuit in extremo magnitudinis:deinde separatur ab eo. ¶D.d. necesse est

6.phy.t.c.19.

Pūcta que sūt īter pͥn cipiū ꝛ finē magnitudinis sunt in potētia cū magnitudo diuidatur ꝫ illa potētia ꝛ nō actu. pūct⁹ autē qui ē finis magnitudinis ē i actu

igitur vt pueniat ad finē ꝛc̄.i.ꝛ cum motū mouetur super magnitudinē finitā in actu; necesse est vt pueniat ad extremuꝫ magnitudinis qd est punctū in actu ꝛ finis motus. Puncta aūt que sunt inter principium ꝛ finē magnitudinis sunt in potētia; cuꝫ magnitudo diuidatur ꝫm illa potētia nō in actu. Punctus aūt qui est finis magnitudinis est in actu: ꝛ est finis primi mot⁹ ꝛ principiū secūdi. V.g. finis mot⁹ ab inferiori ad superius: ꝛ principia motus a superiori ad inferius. ℂB.d. silr est etiā de motib⁹.i.ꝛ hoc necesse est in oībus motib⁹ finitis. B.d. necesse est igitur vt reflexū ꝛc̄.i. manifestuꝫ est igitur ex dando cām in hoc; ꝙ motū describit punctū in actu super magnitudinē: ꝛ est magnitudinē esse finitam in actu ꝙ necesse est ipm quiescere. In sermone eniꝫ dedit cām ꝙ causa quietis in extremo magnitudinis est: q2 describit in ea punctū in actu. Hic aūt dedit cām in hoc ꝙ describit super ipm punctū in actu: ꝛ est magnitudinē rectā esse finitā in actu. ℂ Et ideo dixit, ergo necesse est vt reflexū ꝛc̄.i. manifestum est igitur hoc eē necesse in oībus suis cāis ꝓpinqs ꝛ remotis. ℂB.d. impoſſe est igitur vt sup lineā rectā sit mot⁹ cōtinuus etern⁹.i. qm̄ motus eius qd mouetur super lineā rectā est finitus; q2 linea recta ē finita: ꝛ reflexū quiescit inter motus. Et qd quiescit in suo motu nō mouetur cōtinue. ℂ Et cum dixit; ꝙ nō opꝫ cōtradicere Zenoni p illaꝫ cōtradictionē p̄dictā in sexto: cū illa sit ꝫm sermonē nō ꝫm rem: reuersus est ad narrandū ꝙ ꝫm hunc modū dissoluitur illa qō. Et est ꝙ dum motū mouetur nō diuidit magnitudinē in actu.s. sup quā mouetur. ℂB.d. qm̄ illud qd ptrāsit spaciū: necesse est ꝛc̄.i.ꝛ questio est talis: qm̄ omne qd pertransit spaciuꝫ: necesse est ꝙ anteq̄ ptrāseat totū spaciū ptranseat medietatē; ꝛ necesse est vt anteq̄ ptranseat illam medietatē ptranseat medietatē illius medietatis: ꝛ sic in infinitū. Qm̄ cuꝫ magnitudo diuiditur in medietates īfinitas: necesse est vt illud qd ptrāsit totā magnitudinē, anteq̄ ptrāseat illaꝫ ptrāsibit magnitudines infinitas. Et cū ita sit ꝯtinget vt motū ptranseat in tpe finito magnitudines infinitas: qd est impoſſe. ℂB.d. aut qui dicit alio modo ꝛc̄.i. aut q inducit qōnē alio mō dicēdo ꝙ qui mouetur p aliqd spaciuꝫ pōt numerare medietatē illius spacij ante illud spaciū: ꝛ medietatē illi⁹ medietatis ante aliā medietatē: ꝛ sic in infinitum: ex quo ꝯtingit ꝙ si aliqs hō ptrāsiuerit p aliqd spaciū vt numeret numeros īfinitos: qd est impoſſe. ℂ Et cū dixit vt numeret medietatē post aliā: intēdit numerare medietates q̄ cōsequuntur se adinuicē: sicut numerās numerat vnitates q̄ cōsequuntur se adinuicē. Sꝫ q2 medietates sunt infinite, sequitur numerare numeros infinitos: ꝛ iste modus impoſſis est alius a p̄dicto: ꝛ est manifestior; ꝛ nō pōt cōtradici ꝫm sermonē p ꝯtradictionē dictā in sexto. Illic.n. fuit dictū ꝙ si ptrāsit medietates infinitas: necesse est vt ptrāseat eas in tēporibus īfinitis: ꝛ cū posuit hanc qōneꝫ; incepit dissoluere eā ꝛ dixit.

ℂ In primis igitur quidē rōnibus soluimus p id qd tēpus infinita hꝫ in seipso. Nō.n. incōueniēs est si in infinito tpe īfinita ptrāsit aliqs. Silr aūt infinitū vtiqꝫ in lōgitudine est ꝛ in tpe. Sꝫ hec solo ad interrogātē quidē

sufficiẽter se hȝ. Interrogabat.n.si in finito tpe infinita trãsire atq; numerare ꝯtingit: ad rem aũt ꝛ veritatẽ nõ sufficiẽter. Si.n. aliqs dimissa magnitudine ꝛ interro/gauerit si in finito tpe cõtingit infinita trãsire: ꝛ interro/get de ipso tpe eadẽ. Habet.n. tps infinitas diuisiones: nõ adhuc sufficiẽs erit hec solo. Sed verũ dicẽduȝ est qd̃ quidẽ diximꝰ in rõnibꝰ. Si.n. aliqs ꝯtinuũ diuiserit in duo media hic vno signo tanq̃ȝ duobꝰ vtit. Facit.n. ipm principiũ ꝛ finẽ. Sic aũt facit numerãs q ꝛ in me/dia est diuidẽs. Sic aũt diuidẽte nõ erit cõtinua neqȝ linea neq; motus. Cõtinuus eniȝ motꝰ cõtinui est. In cõtinuo aũt sunt quidẽ ifinita media: sȝ nõ actu: sȝ potẽ tia. Si vero faciat actu: nõ faciet continuuȝ sed stabit. Qd̃ quidẽ in numerãte media manifestũ est ꝙ accidit. Unuȝ eniȝ signũ est necesse ipsi numerare vt duo. Alte rius quidẽ eniȝ finis medij: alterius aũt ꝛ principium erit si nõ vt vnũ numeret cõtinuũ: sed vt duas medieta tes. Quare dicendũ ad interrogatiõeȝ: si cõtingit infini ta trãsire: aut in tpe: aut in lõgitudine: q: est quideȝ sic: est aũt nõ sic. Actu eniȝ cũ sint nõ ꝯtingit: potẽtia auteȝ ꝯtingit. Qui aũt cõtinue mouet̃ ƀm accidẽs ifinita trã siuit: simplr̃ autẽ nõ. Accidunt.n. linee infinita media esse. Substantia autẽ altera est ꝛ esse.

In ꝯtinuo sunt ifinita media non actu sȝ po/tentia.

¶ Dicamus igit̃ ad hoc ꝙ in p̃teritis sermonibꝰ dissol uimus hanc q̃õnẽ cũ diximus: q̃m in tpe sunt ptes infi nite. Non.n. inopinabile vt aliquid ptrãseat res infini tas in tpe infinito. Et infinitũ eodẽ modo existit in lon gitudie ꝛ tpe. ¶ Sȝ ista r̃n̄sio sufficit in hac q̃õne. Qd̃ eniȝ est: vtrũ sit pośe in tpe finito ptransire ꝛ numerare res infinitas. Scd̃m aũt reȝ ꝛ in rei veritate nõ sufficit. ¶ Q̃m si hõ diuiserit lõgitudinẽ: ꝛ dimiserit q̃rere vtrũ sit pośe in tpe finito ptrãsire res infinitas. Deide q̃siuit hoc in ipso tpe. nam tp̄s hȝ dr̃ias infinitas: tũc ista r̃n̄sio nõ erit sufficiẽs. Sȝ opȝ nos dicere verũ: ꝛ est illud qd̃ prius diximꝰ. s. ꝙ cũ aliqd̃ diuidẽs diuiserit cõtinuum

in duo media. Tunc vtet̃ hic eodẽ puncto ꝓ duobus.
Facit enim ipm principiũ ⁊ finẽ. Et silr̃ facit qui nume
rat/aut qui diuidit medietates. Cum igit̃ diuiserit aliqd
hac diuisione nõ erit cõtinuũ:siue fuerit linea:siue mo
tus. Motus enim cõtinuus est cõtinui:⁊ in cõtinuo ipo
certe sunt medietates infinite:nõ ſm actũ:ſʒ in potẽtia.
Cum igit̃ posuerimus medietates in actu:tũc nõ erit
cõtinuũ:ſʒ necesse vt quiescat. Et hoc sequit̃ manifeste
in eo qd̃ numerat medietates. Et necessario.n.nume/
rat idẽ punctũ pro duobꝰ. Qm̃ erit finis alteriꝰ duarũ
medietatũ:⁊ principiũ alterius medietatis. Sʒ nõ nu
merat cõtinuũ pro vno:ſʒ pro duabꝰ medietatibꝰ. ¶ Et
ideo r̃ndendũ est quereñti vtrũ sit poſſe ptrãsire res infi/
nitas:aut in tpe:aut in longitudine sic. Qm̃ quodãmõ
hoc est possibile:⁊ quodãmodo impoſſe. In actu autẽ
est impossibile. In potentia vero possibile. Qm̃ illud
qd̃ mouet̃ cõtinue p accidẽs pertrãsit res infinitas:sim
pliciter vero nõ. Accidẽs enim est qd̃ accidit linee vt es
sent medietates infinite:ſm aũt suam essentiã nõ.

68 ¶ Cum narrauit ꝙ r̃nsio predicta in qõne Zenonis nõ sufficit: incl/
pit narrare modũ ex quo illa respõsio nõ est sufficiẽs:⁊ prio iterauit
illã respõsionẽ. ¶ Et dixit: in sermonibꝰ enim preteritis.i.illa solu/
tio nõ sufficit:qm̃ nos diximus illic in respõsione ad sermonẽ dicẽ/
tis: ꝙ si motũ ptransit spaciũ:ↄtingit ipm ptransire spacia infinita
in tẽpore infinito. Diximus hoc.s. ꝙ si ptransit spacia infinita ptrã/
sit ea in tpibus infinitis. Tẽpus enim in quo est motus diuidit̃ in in/
finitũ:sicut diuidit̃ magnitudo p quã est motus. ¶ Et hoc itẽdebat
cũ dixit: dissoluimus qõnem ⁊c̃. ¶ Et cũ dixit cõtradictionẽ quã cõ
tradixit illi qõni: demõstrauit diminutionẽ q̃ est in illa cõtradictiõe.
Qm̃ cũ dictũ fuit in qõne ꝙ si motũ pertransit spaciũ:sequit̃ vt p/
transeat spacia infinita in tpe finito: nõ intendit in ea ad destruẽdũ
ipsum ptrãsire spacia infinita sicut oporteret; sed dictũ fuit r̃ndẽdo:
ꝙ si ptranseat spacia infinita ptrãsibit illa in tpibus infinitis: nõ in
tpe finito: sicut dictũ fuit in qõne. Et in hoc videt̃ quasi cõcedere pos
sibile esse ptrãsire spacia infinita ex hoc qd̃ dixit ꝙ ptrãsit ea in tem
poribus infinitis. Sʒ hoc in se est impoſſe.s. ptrãsiri spacia infinita:ſʒ
si hoc fuerit ↄcessum/r̃nsio erit vera. ¶ Et hoc intẽdebat cũ dixit: qm̃
nõ est impoſſe ⁊c̃.i. r̃nsio aũt predicta: illic.s. ꝙ si pertranseat spacia
infinita ptrãsibit ea in tpibꝰ infinitis est vera: qm̃ nõ est impoſſe ptrã
sire spacia infinita in tpibꝰ infinitis. ¶ Deinde dixit: ſʒ ista r̃nsio suf
ficit ⁊c̃.i. ſʒ r̃nsio pdicta in sexto est sufficiẽs quantũ ad qõnẽ: dicẽns

enim hanc qõnez querit vtrũ est possibile ptrãsire: aut numerare in tpe finito res infinitas: ⁊ cũ dictũ fuit ei hoc esse impoſſe: dixit: ꝙ illud qd̃ ptransit spaciũ ptrãsit res infinitas in tpe infinito: ⁊ ad hoc fuit dictũ ꝙ illud qd̃ ptransit spaciũ si pertrãsit infinita pertransit ea in tpibus infinitis. Qm̃ si cõponit̃ spaciũ ex infinitis spacijs: necesse est vt tps in quo ptrãsit spaciũ cõponat̃ ex tpibus infinitis. Et ideo ista cõtradictio sufficiẽs est quantũ ad querentẽ: sȝ ſm rem in se nõ est sufficiẽs: ⁊ iõ dixit: ſm autẽ rem ⁊ in rei veritate nõ sufficit. ℭ Et cũ dixit: qr nõ est hec qõ sufficiẽs. Deĩde dedit cãȝ in hͦ ⁊ dixit: qm̃ si hõ diuiserit ⁊c. ⁊ intẽdit p drias istãtia. ⁊ itẽdit ꝙ qõ remãet si q̃rẽs dimiserit illud qd̃ existimauit seq ad motũ. s. ꝙ motũ ptrãsit spacia ĩfinita in tpe ĩfinito: ⁊ mutauerit qõnẽ ad tps: q̃rẽdo ꝙ tps ĩ quo motũ mouet̃ cõponit̃ ex tpibus infinitis: cũ diuidit̃ p instantia infinita: ⁊ motũ mouet̃ per totũ spaciũ in toto illo tpe ex quo cõtingit vt motũ ptrãseat res infinitas: qm̃ ptrãsit tps ⁊ spaciũ: qd̃ est impossibile. Infinitũ. n. nunꝙ̃ desinit̃ neqȝ pertransit̃. Si hoc igit̃ fecerit querẽs tunc respõsio prima nõ erit sufficiẽs in dissolutione istius qõnis: ⁊ hoc qd̃ dixit manifestũ est: qm̃ illic accepit ꝓ possibili ptrãsire spacia infinita. ℭ Et cuȝ declarauit ꝙ rñsio p̃dicta nõ sufficit ſȝ rem ipsam; dixit: sed opȝ nos dicere verum ⁊c. i. ⁊ rñsio sufficiẽs in hoc est illud qd̃ declaratũ est. s. ꝙ spaciũ sup qd̃ mouet̃ motũ est idez in actu ⁊ ↄtinuũ: ⁊ indiuisum. Motũ enĩȝ nõ diuidit spaciũ in actu: nisi qñ describit in eo aliqd̃ punctũ in actu: ⁊ si postꝙ̃ describit aliquod punctũ in actu mouet̃: vtetur tunc illo puncto ꝓ principio ⁊ fine. Et erit necesse vt quiescat necessario inter duos motus. Motũ igitur ſm cõtinuationẽ nõ diuidit magnitudinez in actu. ergo magnitudo est vna: ⁊ nõ sunt illic medietates infinite: nisi in potẽtia. Ergo motuȝ non pertrãsit medietates infinitas in actu in tpe infinito: ⁊ est illud qd̃ est impoſſe. Pertrãsire aũt medietates a infinitas in potẽtia in tpe finito in actu: nõ est impoſſe: sȝ est necessarium. ℭ D. d. ⁊ silr̃ facit qui numerat ⁊c. i. ⁊ q numerat partes spacij non numerat eas nisi diuidendo illud in actu: in partes equales: ⁊ cuȝ hoc fecerit tunc numeratio erit finita necessario: ⁊ tunc diuidet̃ res in partes finitas numeratas. Diuisio enĩm b in ptes equales terminat continuum: ⁊ numerat ipsum. Diuisio vero que non terminat ipsum est diuisio in qua maius semper diuidit̃ in minus. ℭ Deinde dicit. Cum igitur fuerit aliquid diuisum hac diuisione ⁊c. ⁊ intẽdit diuisionẽ que est in actu. Deinde dicit. motus enim cõtinuus est cõtinui. i. ⁊ causa in hoc est: qm̃ cõtinuatio motus est propter cõtinuationem magnitudinis. Cum igitur magnitudo diuidat̃ necesse erit vt motus diuidatur necessario; ⁊ non remaneat cõtinuus: cuȝ magnitudo que est causa cõtinuationis illius nõ remanserit cõtinua. D. d. ⁊ in cõtinuo certe ⁊c. ⁊ hoc qd̃ dixit demonstratũ est in principio sexti: sicut est declaratuȝ in tertio ꝙ impoſſe est vt in ↄtinuo sint partes in actu infinite. ℭ Deinde dicit. cum igit̃ posuerimus medietates in actu ⁊c. i. ⁊ cum posuerimus medietates spacij super quod mouetur motum esse in actu: tunc motus nõ remanebit continuus ⁊ vnus: sed necesse erit vt motus quiescat apud quãlibet medietatem. ℭ Deinde dicit. ⁊ hoc necesse est ⁊c. i. ⁊ hoc bene apparet in eo

Infinitum nũꝙ̃ dfinit neqȝ ptransitur.

a Pertrãsir̃ medietates ĩfinitas in potẽtia i tẽpore finito in actu nõ est impoſſe: sȝ necẽium.

b Diuisio ĩ ptes eq̃les terminat ↄtinuum ⁊ numerat ipȝ. Diuisio vo que nõ terminat ipm̃ est diuisio ĩ q̃ maiꝰ semper diuidit̃ ĩ minꝰ. idẽ 3. phy. t. cõmen. 59. 6. phy. t. c. 4. ⁊ inde.

qui numerat medietates ſpacij.ſ.qui diuiſit illud in actu. Qui eniꝫ
diuidit magnitudinē vnā ⁊ cōtinuā in actu in duas medietates: ⁊
medietatē in duas medietates: vtitur vno puncto pro principio ⁊
Obiectio. fine. vñ ſequit̄ vt motus eius nō ſit cōtinu⁹. ¶ Sed querit̄ hꝛ: qñ cū
motū diuiſerit magnitudinē in duas medietates in actu quieſcen/
do in ea: deinde diuiſerit illaꝫ medietatē in duas medietates qeſcē
do ēt: tunc ſeqt̄ur ēt ſi medietates ſunt infinite: ꝙ motū nunq̄ pue/
niet ad extremū magnitudinis: ſed puenit. ergo magnitudo nō di/
uiditur in magnitudines infinitas. Qm̄ ſi diuidit̄ tunc qđ Zenonis
Solo. remanet. ſicut dicūt quidā noſtri ſocij. ¶ Et rñſio vt mihi vr̄ in hoc
eſt: ꝙ motū anteq̄ diuidat magnitudinē in duas medietates diui
dit illaꝫ medietatē in partes equales. i. potētia: ⁊ ſunt equales ſibi.
vñ neceſſe eſt vt magnitudo cōſumat̄ p hanc diuiſionē: vt declara/
tum eſt: quoniam cuꝫ diuiſerit medietates reſiduas: diuidet etiam
eas per hanc diuiſionē equalē: ⁊ ſic ꝯſumet̄ magnitudo neceſſario.
Diuiſio igitur magnitudinis ſm medietates eſt diuiſio per accñs: ⁊
diuiſio que eſt ſm medietates que nō finiunt̄ eſt diuiſio: cū qua nō
cōiungit̄ diuiſio que facit finitatē / neqꝫ in potētia / neqꝫ in actu. ſ. di
uiſio que eſt ſm partes equales. Iſta. n. diuiſio cōſumit magnitudi
neꝫ ſiue fuerit potētia ſiue actu. Cū igit̄ diuiſio q̄ cōſumit magnitu
dinē fuerit ꝯiūcta cū diuiſiōe q̄ nō ꝯſumit ipſaꝫ accidet diuiſioni q̄
nō ꝯſumit magnitudinē vt cōſumet eā: ⁊ iō accidit deceptio ex mi/
xtiōe ei⁹ qđ ē p ſe cū eo qđ ē accñs: ⁊ hoc manifeſtū ē ſatēti⁹ vitatē.
¶ D. d. ⁊ ideo opꝫ rñdere ⁊c. i. ⁊ pp hoc qđ dixim⁹: non opꝫ rñdere
quērēti: Utrum ſit poſſe vt motū pertrāſeat de tpe in quo mouetur
aut de magnitudine p quā moueт̄ per medietates infinitas rñſione
ſimplici. Sed dicet̄ ei: q: quodāmō eſt poſſe: ⁊ quodāmō impoſſe: ſm
aūt ꝙ ille medietates ſunt exñtes in actu eſt impoſſe: ſm aūt ꝙ ſunt
in potentia eſt poſſe. ſ. vt motū pertrāſeat res infinitas potētia: non
in actu. ¶ Deinde. d. motū. n. ſm cōtinuationē ⁊c. i. ⁊ q: accidit vt
ſpaciū finitū vnū in actu cōtinuū poſſit diuidi in res infinitas: ⁊ iō
accidit moto ptrāſeūti illud ſpaciū ptranſire res infinitas nō eſſen/
tialiter ⁊ primo. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit: ſimpl'r vero nō. ¶ D.
d. accñs vero accidit linee. i. ⁊ qñ motū pertrāſit lineā: nō pertrāſit
medietates infinitas: q: diuiſio linee in medietates infinitas eſt ei
per accidēs. ¶ Et hoc intēdit cū dixit. eſt. n. per accñs. ſ. ꝙ hoc nō
Eſſentia ⁊ eſt ei ſm ꝙ eſt vna nō diſcreta: ſed ſi fuerit / erit ſm ꝙ eſt multa: qm̄
diffō linee diffō ⁊ eēntia eius ſm ꝙ eſt linea q̄rit finitatē. ¶ Et innuit hoc qđ
ſm ꝙ eſt li/ dictū eſt in diffōne linee. ſ. linea eſt cui⁹ vltima ſunt duo puncta.
nea q̄rit fi/ ¶ Manifeſtuꝫ aūt eſt: ⁊ qm̄ niſi aliquis faciat tēporis
nitatē ⁊c. diuidēs ſignū prius ⁊ poſteri⁹. Semper poſterioris rei
erit ſimul eſſe ⁊ nō eſſe: ⁊ idē. ſ. eſſe ⁊ nō eſſe: ⁊ qñ fue/
rit nō eſſe. Signū igitur vtriuſqꝫ cōe eſt: ⁊ primo: ⁊ po
ſteriori idem ⁊ vnū numero: rōne aūt nō idem eſt: hu
ius eniꝫ ens finis. illi⁹ aūt principiū eſt. Res aūt paſ/
ſionis poſterioris eſt. Sit eniꝫ tēpus in quo eſt. a. c. b.

Res in quo.d.Hoc in.a.quidē tpe albū. In.b.aūt nō albū. In.c.ergo albū ⁊ nō albū. In quolibet eniʒ ipsi⁹ a.veruʒ est dicere albnm si in oī tpe hoc erat albū:⁊.b. nō albū.c.aūt qd̄ est in vtrisqȝ. Non ergo dicēdū est in oī:sed pręter vltimū nunc in quo est.c.hoc aūt iam posterius est. Et si fiebat nō albuʒ:⁊ si corrūpebat albuʒ. In.a.oī tunc factū est:⁊ corruptū est in.c. Quare albū ⁊ nō album esse primū in illo verum est dicere: aut cū factum est nō erit:aut cum corruptū est erit. Aut simul album:⁊ nō albuʒ: ⁊ oīno esse ⁊ nō esse necesse est. Si autē qd̄ erat prius nō ens:necesse est fieri ens:⁊ cuʒ fit nō est:nō possibile est esse in atoma tēpora diuidi tempus. Si eniʒ in.a.tpe.d.fiebat albuʒ: factuʒ aūt simul: ⁊ est in altero indiuiduo tēpore.b.herēte tēpori.a. Si in.a.fiebat ⁊ non erat:in.b.aūt erat. Generationē opʒ esse aliquā mediaʒ. Quare ⁊ tēpus erat in quo factum est. Non enim eadeʒ erat ratio in nō atomia diuidentibus. Sed ipsius tēporis in quo fiebat factuʒ est in vltimo signo:cui nihil est habitū nec ꝯsequēter. Sed indiuisibilia tēpora sunt cōsequēter. Manifestū est auteʒ qꝛ si in.a.toto tpe fiebat:nō plus est tp̄s in quo factum est/⁊ fiebat:q̄ȝ in quo fiebat solū omni.

¶Et manifestū est ꝙ si hō non posuerit punctū in tempore distinguēs prius ⁊ posterius posterioris rei in re semp tunc idem erit ens ⁊ nō ens:⁊ cum est ens nō est ens. Punctus.n.qui est ambob⁹ ⁊ cōtinu⁹ priori ⁊ posteriori/est ideʒ in numero:sed in respectu nō est ideʒ. Est eniʒ finis illius:⁊ principiū istius. In passione vero semp est postremę passionis. Sit igitur tp̄s.a.b.⁊ passio.c.⁊ hęc passio sit in toto tpe.a.albuʒ: ⁊ in tēpore b.non albū. In tēpore igitur.c.erit albuʒ ⁊ nō album: qm̄ in quocūqȝ loco fuerit acceptuʒ in.a.dicet vere ꝙ in eo est albuʒ:qm̄ in hoc toto tēpore fuit album. Et in b.est nō album:⁊ in.c.est interim. Non ergo opʒ concedere ꝙ est in instanti insimul: sed in instanti qd̄ est fi

Ex h̄ cōiter accipitur ꝙ rei gñande dat primū.

nis: et est illud in quo est.b. et hoc est postremuz. ¶ Et si etiam efficitur nõ albuz et corrũpitur albuz in toto.a. tunc illud nõ fit: aut corrũpitur nisi in.b. Et ideo igit si fuerit albuz: aut nõ album: tunc primo erit veruz dicere hoc in eo: et si nõ: qñ fit aliquid nõ est illud: et quãdo corrũpitur est illud a quo transmutat. Aut erit necesse vt insimul sit album et nõ album: et vlr tale esse: et illud nõ esse. Et si illud qd est nunc et nõ fuit ante: necesse est vt generet: et illud qd generat nõ est illud apud generationez. Ergo impossibile est vt tps diuidat in tẽpora indiuisibilia. Qm si fuerit.c. in tpe.a. erit albũ: deinde insimul erit albũ. Est igitur albuz in alio tpe indiuisibili: sed est cõsequẽs.s. in tpe.b. Et q: est in.a. tunc nõ fit album: in.b. vero fuit albũ. Unde necesse est vt interim sit aliqua gñatio. Et ideo necesse est vt ẽt sit tps in quo fuit gñatio. Et ista rõ non cõtingit eis qui nõ dicũt partes indiuisibiles. In puncto enim qui est finis et definitio tpis in quo generat res: in eo efficitur res generata et ens: ita q omnino nõ sit cõsequẽs. Tempora autẽ indiuisibilia sunt successiua. Manifestum est igitur q quãdo aliquid in toto tẽpore.a. generat tunc illud tẽpus in quo generat nõ est in quo fuit addẽs toti tẽpori in quo generabitur tantum.

69 ¶ Cum declarauit q dria inter cõtrarios motus tẽporis est tẽpus: et vult narrare ẽt q dria tẽporis que distinguit inter motus priores et posteriores sm q illud ad qd est motus: aut ecõuerso.s. dria tpis sit distinguẽs inter prius qd est illud ex quo est mot9: et posteri9 ex ipsis motib9 est aliqd indiuisibile. Et q mõ est ecõtrario illi q fuit in motibus cõtrarijs. Qm sciẽtia eius est cõplemẽtuz sue intentionis. ¶ Et dixit: manifestũ est q si hõ etc.i. et manifestuz est per se q si hõ nõ posuerit instans distinguẽs inter prius et posterius tpis ex motibus et cõsequentib9 motus posteriores. Aut inter prius sm illud ex quo est mot9: et inter mot9 ad quos posteri9 semp est dignũ hre proportionẽ: et posuerit ipsum tps et indiuisibile: cõtinget ei vt aliqd sit ens et nõ ens in eodez tpe. et hoc intẽdebat cũ dixit: ẽt q necesse est vt idem sit ens et nõ ens. ¶ Deinde.d. et cum est ens nõ est ens.i. et cõtingit hoc poni vt cũ aliquid ponat esse nõ erit ens. ¶ Deinde.d. punctus eniz est ambob9 etc.i. et diximus q necesse est vt in tẽpore accipiam9 aliquid tale: qr tale instãs qd est in tẽpore est simile puncto in linea: et est cõe prioris et posterioris ex rebus quas dixim9: et est.


indiuisibile in se. Et si sit diuisibile in respectu eius qd est ante & in respectu eius qd est post: est enim finis eius qd est ante: & pncipiu ei' qd est post. Et est digni' q attribuat ei qd e post. i. posteriori. s. qualitati que fit ex trasmutatioe: q vt attribuat transmutationi priori: & hoc fuit itaq: qm principiu passionis que fit a trasmutatione est aliqd ens: & transmutatio est no ens. Et qr dignius est attribui enti q no enti: io. d. in passioe vero &c. i. & passio digni' est attribui passioni posteriori que fit q attribui trasmutationi pcedeti. s. instati qd e pncipiu eentie passiois que fit. ¶ Et cu narrauit q si no fuerit post tuz q tps mot' est aliud a tpe rei: in quo pficit mot' per instans qd distinguit illa fm q est indiuisibile: sequit vt aliqd sit ens: & no ens insil. Deinde dedit exeplu de hoc ad notificadu quo puenit ista co secutio. ¶ Et dixit. sed sit igit tps &c. i. sint igit tpa in quor vtroq est trasmutatio: & in altero est pfectio trasmutatiois duo tpa. a. b. & sit qualitas q est in eo albedo. s. c. & sit tps. a. illud i quo. c. fuit albuz & tps illud in quo. c. fuit no albu. i. trasmutatuz in albedine. In tpe eiz trasmutatiois vez est dicere q res trasmutata no est illd ad qd trasmutat: qm si aliqd trasmutet i aliqd nece est vt no sit illd. ¶ Et cu posuit q in tpe trasmutatiois no albi in albedine verez dr in toto illo tpe esse no albu: & in illo tpe in quo est albu in actu necio dr i eo toto tpe ipsuz ee albu. ¶ Dixit. in tpe igit. a. erit albu & no albu &c. i. & cu fuerit positu q dria inter hec duo tpa est diuisibilis: tuc ista dria erit pars vtriusq tpis: & cu hoc fuerit nece erit vt istud tps qd est dria sit ps vtriusq tpis. s. coe inter illa. i. necesse e vt. c. sit in. b. insimul. & sic erit albu & no albu. Et cuz hoc sit impole opz ponere q finis mot' & pncipiu pfectiois motus est in re indiuisibili. ¶ Et hoc intedebat cu dixit: no igitur opz cocedere &c. i. no igitur opz cocedere q. c. est in tpe coi istis duobus tpibus: qm cotingit vt in eo sit insimul album & no albuz. Sed oportet ponere q in instati indiuisibili: qd distinguit inter duo tpa peruenit finis mot' & est albu scz. c. & principiuz sui esse album. ¶ D. d. & hoc est postremuz. i. illud qd fit ex trasmutatide. Finis eniz trasmutatiois est posterior transmutatioe: & ipsi rectius est sicut dixit/attribuere instas. ¶ Et cum narrauit q tps motus generati est aliud a tepore sue eentie: & q necesse est vt distinguat per aliqd indiuisibile: incepit narrare et q necesse est vt tps generati distinguat per aliqd indiuisibile a tempore sue corruptiois: & q si fuerit diuisibile otinget vt res sit gnata & corrupta insimul: & dixit: & si sit albu & corruptu &c. i. & si aliqd ee albu & ipsuz transmutari ab albedine sunt cotraria: necesse est vt tps in quo dicit ipsuz esse albu sit aliud a tpe in quo dr ipsum transmutari ab albedine. i. ipsuz incipe corrupi: & si no cotingeret vt in illa hora in qua fuit aliqd no sit illud. V. g. in hora in qua fuit albu no sit albuz: illud. n. qd trasmutat de albedine no est albu. Et otinget et vt cuz corrumpit. i. qn transmutat de albedine sit illud tunc: & sic erit ens in tpe sue corruptiois. ¶ Et intendebat per totuz hoc notificare: q cum sit hoc impossibile vt tps generatiois rei sit tps sue essentie. Impossibile est vt illud qd distinguit inter ea sit tps. ¶ D. d. si igitur illud qd est nuc & no fuit prius necesse est vt generet &c. i. cum aliquid fuit mo ens qd ante no fuit necesse est vt generetur anteq

Cur passio posteriori' se per sit attribuenda.


In tpe trasmutationis veru est dicere q res trasmutata no est illud ad qd transmutat. Jde 5. phy. 13. & 16. Jde. 6. phy. 39.

fit ens in actu. B. d. & qd generatur dum generatur nō est illud qd generatur. i. pfecte: & hoc est manifestū: qm si apud gnationē eēt/tūc generaret illud qd generatū iaz est pfecte: & intēdit: qm necesse est vt tps gnationis sit aliud a tpe eēntie illius generati. ¶ Et cū declarauit q instās in quo incepit generari necē est vt sit aliud ab instanti in quo est generatū in actu: ita q vtrūq3 eox sit aliqd indiuisibile: dixit: impoīe est igit vt tps diuidat &c. i. & cū tps gnationis sit aliud a tpe eēntie generati: & dria inter ea est aliqd diuisibile. Impoīe est vt tps cōponat ex tpibus indiuisibilib9. s. vt tps gnationis sit aliqd indiuisibile: & silr tps essentie generati: & q duo tpa essent cōtigua. ¶ Deinde. d. qm si. c. fuerit in tpe &c. i. qm si. c. qd est i loco albefiat in tpe. a. albū & fuerit tps. a. idiuisibile deinde fuerit nō albū in alio tpe indiuisibili tāgenti tps. a. scz ꝯnti & sit tps. b. tūc ipsuz eē albuz & nō albū est in duob9 tpibus indiuisibilib9 quox alteruz sequit fm idē tangit ipsum. ¶ Deinde dixit. & q2 in tpe. a. nō fuit albū. &c. i. & cū in tpe. a. indiuisibili nō fuit albū: qm tūc nō fuit album; & in tpe indiuisibili. b. fuit albū: necesse est vt iter hec duo tpa transmutet de nō albo in albū. ¶ Deinde. d. & ideo necē est vt sit tps in quo fit generatio. i. & cū necē est vt trāsmutet & generet inter duo tpa idiuisibilia. s. instās in quo trāsmutabile fuit nou albū: & instans in q fuit albū necesse est vt inter duo tpa indiuisibilia sit tps in quo est trāsmutatio. Ois em trāsmutatio iter duo cōtraria est in tpe: vt declaratum est. ergo instās nō sequit instās. ¶ Et cū induxit impoīe qd sequit ex hac intētiōe dicētib9 tps cōponi ex tpib9 idiuisibilib9. s. instātibus. d. q istud ipoīe nō sequit non dicētib9 hoc: &. d. ista rōcinatio nō cōtingit &c. i. & istud ipoīe predictū nō ꝯtingit nobis: q2 pūctus tpis idiuisibilis qd nos ponimus eē finē gnationi in eo dicim9 aliqd fieri in actu gnatū &c. i. q ipm pūctū ponim9 eē pncipiū eēntie gnati: ita q nō ponim9 ipm seq pūctū i q erat nō gnatū: ex q ꝯtinget nobis vt ex ꝯntib9 eēt tps. i. qm cū nos posuim9 q iter oīa duo istātia est tps: iō sermo noster ꝯuenit rei. ¶ B. d. manifestū ē igit q cū res fuerit i toto tpe. a. &c. i. & manifestū est igit ex eo qd diximus: q res nō perfecte est in actu: in tpe addito tpi sue gnationis: sz existit perfecte in tpe indiuisibili. i. in fine illius temporis.

¶ Exemplaris ostensio qua dubitat q id qd generat vel corrumpitur in eodem instanti & non fit.




¶ Ostensio φ tempus non diuidat in indiuisibilia.
A. tempus indiuisibile.
B. tempus indiuisibile.



¶ Quibus quidē igit aliquis tanq̄ ꝓprijs crederet ra tionibus he ⁊ hmōi quedā sunt. Rōnabiliter ēt intēdē tibus ex his videbit alicui hoc idē accidere. Oē enim qđ mouet ꝯtinue si a nullo ꝓhibeat in qđ quidē venit ſm loci mutationē ⁊ i hoc ferebat p:lᵒ vt si in. b. venit ⁊ ferebat in. b. ⁊ nō cū ꝓxime erat: sꝫ mox sicut incepit moueri. Quid. n. magis nūc q̄ p:lᵒ. Silr aūt ⁊ i alijs. Qđ igit ab. a. fert in. c. cū i. c. veniet iter veniet i. a. cū cōtinue mouet. Cū ergo ab. a. in. c. ferebat: tūc ⁊ in. a. fertur ſm motū qui est a. c. ⁊ ecōuerso. Quare silr ꝯrij sunt: ꝯrij em̄ sunt q ſm rectitudinē. Silr aūt ⁊ ex hoc mutat in quo nō est. Si igit hoc ipole: necesse est sta re in. c. Non ergo vnus motus est ab. a. in. c. ⁊ ecōuer so: reditus enim statui non est vnus.

¶ Ratio p:ima q̄ ostendit φ minus reflexus nō possit eē cōtinuus.



¶ Iste enim sunt rócinatióes de quib⁹ hō dʒ esse cer-tus: qm̄ sunt ꝯuenietes de suis subiectis. ¶ Si aūt posuerit ꝯsideratioē de hoc ſm dialecticā: sequit̄ hoc idē alijs modis quos narrauimus. ¶ Dicam⁹ igit̄ ꝙ oē motuʒ ſm cōtinuatioē nisi aliqd occurrat ei: illud qd̄ est trās-mutatū ad ipm mouebat̄ in primo. V.g. ꝙ si .a. fuit ad .b. ad ipsuʒ fuit motus ei⁹ in pmo: ꝛ nō solūmodo intē-dit ad ipʒ qn̄ fuit ꝓpe ipm: sʒ intēdebāt illō a pncipio motus. Nō em̄ est illic cā ꝑp quā sit digni⁹ vt nūc itēderit ipm magisq̄ prīo: ꝛ sit̄r in alijs. Et illud qd̄ trāsfert̄ ex .a. si qn̄ puenerit in .b. reuertat̄ ad .a. si mouet̄ ſm cō-tinuatioē: tūc qn̄ mouebat̄ de .a. ad .b. i illō ēt tpe mo-uebat̄ ad .a. motu qui est ex .c. Scd̄m igit̄ hoc mouet̄ duob⁹ motib⁹ ꝯrijs insimul. Isti em̄ duo mot⁹ ſʒ recti-tudinē sunt ꝯrij. Et cū hoc ꝯtingit vt trāsferat̄ ab eo in quo nō est .i. ab eo i quo nō fuit. Et cū hoc sit impole: necio quiescit tūc: ꝛ sic motus nō erit vnus motus. In quo em̄ interponit̄ quies: non est vnus.

70 ¶ Idest iste igit̄ demōstratiōes sunt ille de quib⁹ dʒ hō hr̄e certitudinē. qm̄ ꝯueniūt reb⁹. ¶ Et intēdit ꝑ ꝯuenietes ipsas eē eēntiales ꝛ ꝓprias: ꝛ innuit ꝑ hoc qd̄ dictū est de trāslato reflexo: qꝛ cū reflectit̄ de-

Sermones dialectici sunt ſmōes veri q cōponūt ex cōibus. Idē p ce. cō. 70. ꝛ .4. ph. 87.

scribit punctū in actu: ꝛ cū describit punctū in actu quiescit. Ista .n. rōcinatio est ꝓpa trāslato. ¶ Et intēdit ꝑ dilecticā sermones veros q cōponūt̄ ex accn̄tib⁹ vlib⁹ nō ꝓprijs. ¶ Et manifestū est ꝙ illa rōcinatio quā iduxit est vl̄is. fundat̄ .n. sup duas ꝓpōnes. ¶ a Quaꝝ vna est qm̄ trāsmutatū est i potētia illō ad qd̄ trāsmutat̄ i postremū: ꝛ siue fuerit ꝓpinquū siue remotū necesse est ꝙ i sua trāsmutatione amittat ptē successiue post aliā illi⁹ a q̄ trāsmutat̄: ꝛ acqrit successiue ptē illi⁹ qd̄ trāsmutat̄. Ergo illō ex q̄ trāsmutat̄: ꝛ illō ad qd̄ trāsmutat̄ sunt opposita necio: ꝛ vtrūq̄ illoꝝ est i pte trāsmutati. alia a pte in q̄ est reliquū: sʒ sunt nō determinata i se: neq̄ apud nos: ꝛ hoc vl̄e est: ꝛ cōe oī trāsmutato.

a Pria ꝓpō

Scd̄a.

¶ Et cū fuerit cōiunctū huic ꝙ aliqd ē trāsmutatū de eodē i idē motu vno ꝯtinuo ꝯtinget vt illō ex q̄ trāsmutat̄ sit illō ad qd̄ trāsmutat̄. Ex q̄ cōtingit illud qd̄ amittit ꝑ trāsmutatioē illud idē acquirat: qd̄ est ipole. ¶ Et ista ꝓpō est cōis ꝛ nō ꝓpria. Et vl̄r manifestū est istā rōnem eē logicā. Propō .n. dicēs ꝙ duo opposita nō pn̄t cōgregari insil̄ est cōis plurib⁹ vna scia. Et dicēs ꝙ illō ex q̄ est trāsmutatio ꝛ ad qd̄ est trāsmutatio sunt opposita est cōis ſm sb̄m ꝛ ſm p̄dicatū. Subm̄ .n. est cōe oī trāsmutabili. p̄dicatū aūt est de accn̄tib⁹ oīb⁹ entib⁹.

Sermo dialectic⁹ duplex.

¶ Et iō vr̄ intēdere ꝑ sermones dialecticōs duos modos .s. demrātiōes q̄ cōponunt̄ ex accn̄tib⁹ cōibus plurib⁹ vna arte: aut demrātiones qꝛū p̄dicta sunt ꝓpa dialectā

ce. Rebꝰ eñi dialectice vtimur duobꝰ modis: aut ſ3 inſtrm̄ ⁊ eſt magis ꝓpriũ: aut fundamẽtis poſitis co mõ ſm quẽ aliq̃ res vtit eis q̃ declarata ſunt in alis. ❡ Et dixit. dicãmꝰ igit ꝙ oẽ motũ ſm ꝯtinuationẽ ⁊c. ⁊ itelligẽdũ eſt hoc de moto nãlr aut volũtarie non de motu violẽte: ⁊ hoc manifeſtũ eſt i vtroq3 moto. ❡ Et dixit niſi aliđ occurrat: qm̄ ſi aliqđ occurrerit qđ ip̄ediat ipſum ab eo qđ eſt nãle ei: tũc nõ mouebit ꝯtinue ad illđ qđ p̄mo mouebat. q. d. cũ trãſlatũ trãſferat de p̄ p̄ncipio ad illđ ad qđ trãſfert poſtremo: neče eſt vt motꝰ eiꝰ ad illud ſit cõtinuus: niſi aliqđ impedieñs occurrat illi. Hoc igit qđ dixit: niſi aliqđ occurrat nõ eſt exceptio ex illo ꝙ res mouet ad illđ ad qđ puenit in poſtremo: ſ3 eſt acceptio eiꝰ ꝙ motus eſt ꝯtinuus. Illud. n. qđ mouet nãlr ſemp mouet ad illđ ad qđ puenit in poſtremo ſiue occurrat ei ſiue nõ. ❡ D. d. ⁊ nõ ſolũmodo intẽdit ad illud ⁊c. ⁊ dixit hoc ne aliqs dicat ꝙ illđ qđ mouet ſ3 cõtinuationẽ ex. a. ad. b. ⁊ ex. b. ad. a. reflectẽdo nõ mouet in p̄ de. b. ad. a. ſ3 mouet ad a. qñ puenit ad. b. Et ideo dixit rñdẽdo ꝙ cũ poſuerimꝰ ꝙ iſti duo motus ſunt vnꝰ: tũc motꝰ nõ erit ſolũ ad poſtremũ ſiuẽ qñ ei appropinquat: ſ3 a p̄ncipio: cũ nulla ſit illic cã cogẽs vt motus ſit ad illđ vltimũ qñ ei appropinquat magis q̃ qñ eſt remotuz. ❡ D. d. ⁊ ſilr eſt de illis. i. de aliis motibꝰ preter motũ localẽ. ſ. reflexũ. Iſta eñi demonſtratio cõis eſt oĩbus. ❡ Et cũ declarauit ꝙ de p̄ mouet illđ qđ mouet ab illo a quo mouet ad illud ad qđ mouet: ⁊ reflexu3 mouet de eodẽ in idẽ: cõtingit neč io ſi fuerit poſitũ ꝙ motus eius qđ mouetur iſtis duobꝰ motibus eſt vnus: vt moueat duobꝰ motibus cõtrariis inſimul. ❡ D. d. trãſfert enim ab eo in quo nõ eſt. i. ⁊ trãſlatum ſm nãm nõ tranſfert niſi ab eo in quo eſt ad illđ in quo non eſt. Si igit poſuerimus ꝙ aliqđ trãſfert ad illud a quo tranſfert: cõtinget vt tranſferatur ab eo in quo nõ eſt: qđ eſt impoſſe. ❡ Deinde dixit. ⁊ cũ ſit impoſſe quieſcet. i. ⁊ cũ iſtud impoſſibile ſequit ex hoc qđ poſuimus ꝙ trãſmutatũ nõ quieſcit qñ mouet iſtis duobꝰ motibꝰ cõtrariis. ergo neceſſe eſt vt quieſcat. g̃ motus non erit vnus ⁊ cõtinuus: oĩs. n. motus in quo interponit quies nõ eſt vnus ⁊ cõtinuus.

Dialectica vtimur dupľr. Idez p̄ phi. 35. ⁊. 2. me. cõ. 15. ⁊ 7. me. c. 2.

Vel quo.

❡ Ampliꝰ ⁊ ex his manifeſtũ ẽ vťr magis de oĩ motu. Si. n. oẽ qđ mouet aliquo dictoꝝ motuũ: ⁊ q̃eſcit aliq̃ oppoſitaꝝ q̃etũ: nõ. n. erat alius p̄ter iſtos. Qđ aũt nõ ſemp mouet ſ3 hũc motũ. dico aũt q̃cũq3 ſũt alteri ſpẽi: ⁊ nõ ſi aliq̃ eſt pars totiꝰ: neče eſt ꝑus q̃eſcere ſ3 oppoſitã quietẽ. Quies. n. p̄uatio motꝰ eſt. Si igit ꝯrii motꝰ ſint q ſunt ſm rectitudinẽ: ſimul aũt nõ ꝯtingit mouere ꝯrios. Qđ ab. a. ad. c. fert: non vtiq3 fert: ſiľ ab ipſo. c. ad. a. Qm̄ aũt nõ ſimul fert: mouebit aũt ſm hũc motũ neče eſt ꝑus q̃eſcere ad. c. Hec eñi oppoſita eſt q̃es q̃ eſt ab ipſo. c. motui. Manifeſtũ igit eſt ex his q̃ dicta ſunt qm̄ nõ eſt cõtinuus motus.

¶ Et hoc apparet magis in oī motu ex hoc ſmōe ēt.
Qm̄ ſi oē motum non mouetur niſi aliquo iſtoꝝ mo
tuum p̄dictoꝝ: neceſſe eſt vt qeſcat quiete oppoſita illi
motui quo moueť. Nullus eniꝫ eſt motus hic pꝛeter il
los. Et motū nō moueť ſꝑ iſto mō motus. ſ. motibꝰ di
uerſis in ſpē. Neqꝫ eſt ēt aliqua pars totiꝰ moti. ergo ne
ceſſe eſt vt pꝛius qeſcat quiete oppoſita motui. Quies
enim eſt pꝛiuatio motus. Si igiť motus recti ſunt ꝯtra
rij. Et eſt impoſſe vt moueať aliqd duobus motibꝰ cō
trarijs inſimul. Tunc illud qđ transferť de. a. ad. c. im/
poſſibile eſt vt inſimul transferať ex. c. ad. a. Et cuꝫ nō
mouetur iſtis duobus motibus ꝯtrarijs inſimul: ⁊ mo
ueť hoc motu: neceſſe eſt vt quieſcat anteq̄ꝫ moueať ad
c. Iſta enim quies eſt oppoſita motui ex. c. Et declaratū
eſt. n. ex hoc qđ diximus: ꝙ iſte motus non ē ꝯtinuus.

71 ¶ Iſta eſt alia declaratio ꝓpinqua p̄meꝛ fundať ſuper duas ꝓpō/
nes. ¶ Quaꝝ vna eſt: ꝙ oē motū qđ moueť vno motu motuum fini
toꝝ diuerſoꝝ ſm ſpēm: neceſſe eſt vt moueať a quiete oppoſita illi
motui. ſ. a quiete quam h̄ꝫ in illo a quo moueť: vt declaratum eſt in
quinto. ¶ Scđa aūt eſt: ꝙ oē qđ moueť duobus motibus oppoſitis
neceſſe eſt vt ſinglr moueať eis: cū ſit impoſſe moueri inſimul. ¶ Et
ex his duabus ꝓpōnibus ſeqť ꝙ oē motum duobus motibus oppo
ſitis: neceſſe eſt vt moueať vtroq̄ꝫ motu poſt quietem. ¶ Iſte igitur
due demr̄ationes ꝯueniunt in pꝛopōne dicente: ꝙ impoſſe eſt vt duo
motus ꝯtrarij ſint inſimul. ¶ Et differunt in ſcđa ꝓpōne. ¶ In pꝛi
ma enim demonſtratōe fuit acceptum ꝙ ſi duo motus oppoſiti fue/
rint ꝯtinui: neceſſe erit vt duo motꝰ oppoſiti ſint inſimul. Et poſtea
fuit dcm̄: ⁊ cum non ſint cōtinui: neceſſe eſt vt inter eos ſit q̄es. In
hac aūt demonſtratōe fuit dcm̄ ꝙ cum ſit impoſſe vt duo motus op/
poſiti ſint inſimul: neceſſe eſt vt vterq̄ꝫ motus ſit per ſe. D. cōiunctū
fuit huic: ꝙ oīs motus vnus per ſe incipit a q̄ete ꝯtraria. ¶ Et dix.
ſi oē motū moueť ⁊c. i. dicamus igr̄ ꝙ ſi oē motū nō moueť in eodē
tp̄e niſi altero duoꝝ motuū oppoſitoꝝ q̄bus innatum eſt moueř ne
ceſſe eſt vt in illo ex quo incepit moueri ſit q̄eſcens quiete oppoſita
motui vt declaratum eſt in q̄nto. ¶ D. incepit declarare iſtam cōſe/
cutōem: ⁊ dixit. nullus enim motus eſt hic p̄ter illos. i. ⁊ hoc ē neceſ/
ſarium: qm̄ in illo tp̄e in quo eſt poſitum moueri altero illoꝝ duoꝝ
motuū non inueniť moueri alio motu p̄ter illum vnuꝫ motū. ¶ D.
d. ⁊ motum non moueť ſꝑ iſto mō motus ⁊c. i. ⁊ cū motum non mo
uetur eodem tp̄e niſi altero duoꝝ motuum oppoſitoꝝ: ⁊ motum non
ſꝑ mouetur altero motuum oppoſitoꝝ diuerſoꝝ in ſpē: neq̄ꝫ iſte mo
tus quo mouetur eſt pars totius. i. pars motus totius: neceſſe eſt vt
Documētū. motum ſit p̄us q̄eſcens. ¶ Et hoc qđ dixit manifeſtuꝫ eſt per ſe. Qm̄

ois motus q nō est pars motus neqȝ est perpetuus: necesse est vt inci-piat post qetem. Motus.n.nō seqtur motū nisi qñ scd's fuerit perfectio pmi nō oppositus ei. Aut hoc ɔtinget per accñs sicͭ illuminatio domus per candelā: que seqtur motū candele. ¶ Et cum posuit has ppōnes: incepit ɔgregare hoc ꝛ inducere exemplum in hoc ꝙ intēdit declarař: ꝛ dixit: si igitur motus recti ꝛc̄.i. si igitur motus q sunt sup vnā lineā rectā ad ptes ɔtrarias sunt ɔtrarij: ꝛ est impoſſe ꝙ alıqd moueař duobus motibus ɔtrarijs insiř: ꝛ nō moueař altero sp ꝛ necesse est vt trāslatū qescat inter duos motus. ¶ V.g. qm̄ si trāslatum impoſſe est vt moueař sup lineā.a.c.ex.a.ad.c.ꝛ ex.c.ad.a.siř ꝛ moueař vtroqȝ istoꝝ motuū p se ꝛ in tpe pprio necesse ē vt istud' trāslatū qescat in.a.anteꝙ moueař ab eo ad.c.ꝛ qescat i.c. anteꝙ moueař ab eo ad.a. Quies enim in.a.est opposita motui ex.a.ad.c. Et qes in.c.est opposita motui ex.c.ad.a.ꝛ quasi.d. ꝛ cum impoſſe sit vt duo motus oppositi sint insimul: ꝛ si non: tunc alter eoꝝ esset pfectio alterius: tunc necesse est vt inter eos sit quies necessario ꝛ non est alter eorum perfectio alterius.

Quō mot' pōt seq motum. Vide pro hoc etiā 5.ph.cō.12.

¶ Amplius aūt ꝛ hec rō magis ppria est his que dcā sunt. Simul.n.corruptum est album ꝛ factū est albuȝ. Si igř ɔtinua est alteratio ad albū: ꝛ ex nō albo: ꝛ ex albo ad non album. Non manet aūt in aliquo tpe: siř.n. corruptum est non album ꝛ factum est non albū. Triū enim reꝝ idem erit tp̄s. Amplius si cōtinuum tp̄s est: ꝛ motus: sed ɔñr est. Quomodo ergo erit vltimū ideȝ contrarioꝝ: vt albedinis ꝛ nigredinis.

¶ Et ēt iste sermo est magis ɔueniēs q̄ ṗdictus. Et ē vt insimul corrumpař non album: ꝛ fiat album. Cum igiř alteratio fuerit ɔtinua ad album: ꝛ ex albo: ꝛ hoc non durat aliquo tpe. Tunc insimul corrūpiř nō albū: ꝛ fit album: deinde fit non album. Unum igiř tp̄s erit tribus. Et ēt non seqtur si tp̄s est ɔtinuū vt motus sint ɔtinui: sed successiui. Et si nō equaliř erit idē postremū contrarioꝝ duorum. Verbi gratia postremum albedinis: ꝛ postremum nigredinis.

72 ¶ Cū ista dclaratio quā cōpleuit est de ppōnib' remotiorib' a nā ei' de q̄ ɔsiderař q̄ ppōnes q̄s nitiř dicer̄ in hac dmr̄atiōe. ¶ Et dixit. ꝛ ēt iste ſmo ꝛc̄.i.ꝛ ēt iste ſmo quē mō volumus dicere ē ɔueniētior ṗdcō. ¶ D.induxit ſmonē: ꝛ dixit: ꝛ ē qm̄ insiř corrūpař ꝛc̄.i. ɔtingit.n. ſiqm̄ pōimus vt mot' ɔtrarij sint ɔtinui. V.g. ꝙ motus de nō albo in albū: ꝛ de albo in nō albū sint ɔtinui: ɔtingit vt in eodē instanti corrumpatur non album: ꝛ fiat album: ꝛ sic in eodem instanti erit aliqd ens ꝛ nō ens'. ¶ Et quia sup istud ipoſſe ē sustētatus in

ꝑterito in hac demr̃atiõe induxit ĩpoſſe maius pp quod iterauit hãc ſmonẽ ⁊ dixit: cũ igr̃ alteratio ⁊c̃.i. cũ igr̃ poſuerim us ꝙ alteratões ꝯtrarie ſunt ꝯtinue. U.g. alteratio ex nõ albo in albũ. ⁊ ex albo in nõ albũ: ⁊ poſuerimus ꝙ albũ nõ durat tp̃e: ꝯtinget neceſſario vt ĩ eodẽ inſtãti corrũpat̃ nõ albũ: ⁊ fiat albũ: ⁊ corrũpet̃ albũ ad nõ albũ: ſic iſta tria ꝯtraria erũt in eodẽ inſtãti qḋ ẽ ĩpoſſe ⁊ valde inopinabile. ¶ Et qꝛ iſte oẽs demr̃atões ſunt fundate ſup hoc ꝙ mot⁹ cõtrarij impoſſe eſt vt ſint ꝯtinui: qm̃ neceſſe ẽ vt ĩteruenĩat eos qes ⁊ ⁊ apparet de nã eoꝝ ꝙ ĩpoſſe ẽ vt ſint ꝯtinui: ⁊ ſi ſit poſitum ꝙ inter eos nõ eſt qes. Cõtinuatio enim non eſt in eis niſi ex tp̃e tm̃: illi aũt ĩpoſſe eſt vt ſint ꝯtinui: cũ ſint ꝯtrarij: ⁊ dixit: ⁊ ẽt non ſeq̃t̃ ⁊c̃.i. ⁊ ẽt ſi ꝯceſſerimus ꝙ ĩter motus ꝯtrarios nõ eſt qes: ⁊ ꝙ tp̃s duoꝝ motuũ eſt ꝯtinuũ: nõ ſeq̃t̃ ſi tp̃s ſit vnũ vt mot⁹ ꝯtrarij ſint continui. ¶ D. induxit cãm in hoc ⁊ dixit. ⁊ ſi nõ quõ erit idẽ poſtremũ ⁊c̃.i. ⁊ necẽ ẽ vt duo mot⁹ ꝯtrarij nõ ſint ꝯtinui: qꝛ ꝯtinua ſunt illa q̃rũ vltima ſunt idẽ: ſed vltima ꝯtrarioꝝ nõ ſunt idẽ: cũ ſint contraria. U.g. nigredines ⁊ albedines: quoꝝ vltima ĩpoſſe eſt vt ſint idez.

Nõ ſeq̃t̃ ſi tp̃s ſit vnũ vt mot⁹ cõtrarij ſint ꝯtinui.

¶ Oſtendit ꝙ motus circularis poteſt eſſe continuus ⁊ primus. Cap. 3.

Qui aũt eſt circularis eſt vnus ⁊ ꝯtinu⁹. Nullum enim impoſſe ꝯtinget. Qḋ enim ex .a. mouet̃ ſimul mouebit̃ in .a. ſm̃ eandez poſitionem. In qḋ enim veniet ⁊ mouebit̃ in hoc: ſed non ſimul mouebit̃ cõtrarijs neqꝫ oppoſitis. Nõ.n. oĩs q eſt in hoc ei q eſt ex hoc ꝯtrari⁹ eſt. Nec opponit̃. Sed ꝯtrarius qdẽ ẽ ei qḋ ẽ in recto. Hic.n. ꝯtrarius eſt ei qui eſt ſm̃ locũ: vt qui per diametron: diſtat.n. plurimum. Oppoſitis aũt eſt qui eſt ſm̃ longitudinẽ. Quare nihil ꝓhibet ꝯtinue moueri ⁊ nullo tp̃e deficere. Circularis enim motus ab eodẽ in idẽ eſt. Rectus aũt ab eodẽ in aliud. Et ſiqdez ẽ in circulo nequaqꝫ in eiſdẽ eſt: ſi vero ſm̃ rectitudinẽ eſt: multotiẽs in eiſdẽ eſt. Quicqd igit̃ in alio ſp ⁊ in alio fit ꝯtingit moueri ꝯtinue. Qui vero multotiẽs in eiſdẽ nõ cõtingit: neceſſe eſt enim ſimul moueri ꝯtrarios. Quare nec in ſemicirculo: nec in alia circulatõe vlla contingit continue moueri. Multotiens enim in eiſdem mouerĩ conuenit: ⁊ in contrarias mutari mutationes. Nõ eniz copulat principio finem. Qui autem circulariter copulat: ⁊ ſolus eſt perfectus.

Circularis mot⁹ eſt ab eodẽ ĩ idẽ. Rect⁹ mot⁹ eſt ab eodẽ in aliud.

¶ Motus aũt circularis est vnus ꝛ ↄtinuus. Nõ eniȝ seq̃t ex hoc aliquo mõ ĩpo?e. Q̃m illud qᵭ mouet̃ ex a. mouet̃ ad. a. cadẽ intentõe. Illud. n. ad qᵭ peruenit ad illud ẽt mouet̃. Sed nõ mouet̃ duobus motibꝰ cõtrarijs ĩsimul neqȝ oppositis. Nõ. n. oĩs motꝰ ad aliq̃d est ↄtrarius ei q̃ est ab illo: neqȝ oppositus. Sȝ ↄ̃rij sunt illi q̃ sunt recte: isti. n. sunt ↄ̃rij ₰m locũ. V. g. illi q̃ sunt ₰m diametrũ: qui maxĩe distant. Oppositi aũt sunt illi q̃ sunt in eadẽ lõgitudine: ꝛ iõ nõ est remotũ ꝙ ille motus sit ↄtinuus: ꝛ nunq̃ȝ cesset oĩo. Motus. n. circularis est ab aliquo loco ad illũ eũdem locum. Motus auteȝ rectus est de loco ad aliud. Et motus ẽt in eadeȝ reuolutõe nõ erit illud qᵭ mouet̃ ₰m illũ: nisi in eisdem locis oĩo. Illud aũt qᵭ mouetur motu recto erit in eisdẽ locis multotiẽs. Motus igitur in quo illud qᵭ mouet̃ erit in loco post aliũ põt esse continuus. Motus aũt in quo illud qᵭ mouet̃ erit in eodem loco multotiens non potest esse continuus. Q̃m necesse est vt illud qᵭ mouetur ₰m illud moueatur duobus motibus oppositis insimul. Et ideo impossibile est vt aliquid moueat̃ in semicirculo: aut in alio arcu omnino ₰m continuationem. Continget eniȝ necessario vt multotiens moueatur eisdem motibus ꝛ vt transmutet̃ modis transmutationis contrarijs. Q̃m finis non cõiungit̃ cũ ꝑncipio: in circulo aũt est infinitum: ꝛ est solus perfectus.

¶ Cũ ꝺclauit ꝙ nullus motuũ rectoꝝ ẽ ↄtinuus ꝛ ꝑpetuus. ꝛ ꝙ impossibile est vt ex plibus vno motu eoꝝ cõponatur vnus ↄtinuus ꝛ perpetuus: vult ꝺclare ꝙ motus circularis in hoc est ecõtrario recto: ꝛ ꝙ ille solus põt esse ↄtinuus ꝑpetuus: cũ nõ accidãt ei illa ĩpolia q̃ accidũt ex positõe eius ꝙ motus rectus est ↄtinuus: neqȝ aliud impo?e. Et illud ex q̃ nõ accidit ĩpo?e ẽ po?e. ¶ Et dixit: motus ãt circularis ꝛc̃. i. motus aũt circularis põt esse vnus ꝛ ↄtinuus: ꝛ perpetuus nullũ. n. ĩpo?e accidit ex hoc. ¶ Deinde ꝺdit cãȝ in hoc ꝛ dixit: motũ. n. in eo est ex. a. ad. a. ꝑma intẽtiõe. i. illud enim qᵭ mouetur circulariter mouet̃ ad illud idẽ ad qᵭ mouebatur. i. ad illud pũctũ qm̃ nõ reuertitur super illã eãdem lineã super quã mouebatur ad cõtrariã ptẽ illi ad quã mouebatur: sic̃ accidit illi qᵭ mouetur sup lineã rectã. ¶ D. v. ad illud enim ad qᵭ ꝑuenit mouetur. i. locus eniȝ ad quem perueniet illud qᵭ mouetur super circulum: ex ipso mouet̃ 73

super ipm:⁊ideo cōtingit vt iste motus sit perpetuus. ¶ B.d.sꝫ nō mouet duobus motibus cōtrarijs insimul nec oppositis.i.cā in esse hoc possibile.s.vt quod mouet super circulū moueat ad locū ex quo mouebat:est:q: nō accidit ei in hoc vt moueat duob⁹ motibus con trarijs insimul vl'r oppositis:sicut accidit hoc ei qd mouet recte: ⁊ postea reflectit. ¶ Deinde dedit cām in hoc: ⁊ dixit:nō eniꝫ oīs mo/ tus ⁊c̄.i.⁊ cā ī hoc ꝙ illud qd mouet circulariter mouet ad illud idē ex quo mouebat:ita ꝙ nō accidit ei moueri duob⁹motib⁹oppositis insimul:est qm̄ nō oīs motus ad aliqd est cōtrarius motui qui ē ab illo neqꝫ oppositus:qm̄ hoc nō cōtingit nisi in motu recto.s.vt mot⁹ ad aliquid sit cōtrarius motui ab illo aut opposit⁹. Et cā in hoc est qm̄ illud ex quo est motus rectus ⁊ ad qd est sunt loca contraria. Et cā in hoc est q: cōtraria sunt sicut describunt illa q̄ maxime distant: ⁊ maxima distātia nō inuenit nisi inj linea recta. ¶ B.d.V.g.duo extrema diametri.i.qm̄ in circulo nō inuenīunt duo magis distan/ tia q̄ hec duo:⁊ in rei veritate maxima distātia nō considerat inter duo loca nisi ſm ꝙ sunt cōtraria in se. Et q: in sphera nihil est tale nisi centrū ⁊ circūferentia:necesse est vt maxima distātia iter duo loca naturalia ꝯtraria sit distātia q̄ est inter centrū ⁊ circūferētiā. Sꝫ ipse nō indiget hac declaratōe in hoc loco:cuꝫ nō sit necessaria in hoc qd intēdit hic:quēadmodū nō indiget declarare hic ꝙ cum corpus circulare mouet nō mutat locū ſm totū:neqꝫ est in eo pun/ ctus in actu a quo incepit ⁊ ad quē puenit: ⁊ vtit loco eius illo qd mouet super spaciū circulare cuꝫ sit manifestius in hoc loco. ¶ B.d. oppositi vero ⁊c̄.i.⁊ alia cā est ēt.s. qm̄ motus cōtrarij non sunt nisi motus qui sint in eadē longitudine ſm reflexionē. ¶ B.d.⁊ iō non est remotū ⁊c̄.i.mot⁹ aūt sup circulū nō est reflexus:⁊ iō nō est remo tum vt iste motus sit cōtinuus ⁊ ppetuus. ¶ B.d.⁊ motus ēt circu lariter ⁊c̄.i.⁊ illud qd mouet motu circulari nō erit in eodē loco ſꝫ reuersionē ad illud. Mot⁹ autem in quo illud qd mouet pueniet ad locū post aliud sine reuersione ad locum ex quo mouebat:possibile est vt sit mot⁹ cōtinuus. B.d.mot⁹ in quo illud qd mouet est in eodē loco multotiēs ipoſſe ē vt sit cōtinu⁹.i.mot⁹ in q̄ illud qd mouet erit in eodē loco ſm reflexionē ⁊ reuersionē: impoſſe est vt sit ꝯtinu⁹. Et motus in quo illud qd mouet erit in eodē loco multotiēs nō ſm re/ flexionē poſſe est vt sit ꝯtinuus. Qm̄ illud qd mouet ſm reflexionē necessario quiescit:⁊ illud qd nō mouet ſm reflexioneꝫ nō est neces/ sariū vt qescat. ¶ B.ōdit caꝫ pp quā est ipoſſe vt illud qd puenit in eundē locū ſm reflexionē moueat cōtinue:⁊ dixit:qm̄ necesse est vt illud qd mouet hoc motu/moueat duob⁹motib⁹oppositis insimul:⁊ vt declaratū est in p̄dicto sermone. ¶ B.d.impoſſe est vt aliqd mo/ ueat ⁊c̄.i.⁊ hoc nō accidit in reflexo sup lineā rectā ſm ꝙ est refle/ xum sup lineā rectā:qm̄ hoc accidit ēt in reflexo sup lineā circularē: aut sequit semicirculū:aut sup aliū arcū:aut maiorē:aut minoreꝫ. ¶ B.d.necesse est enim vt moueat multotiēs eisdeꝫ motibus.i.⁊ cā in hoc est:qm̄ illud qd mouet reflexe nō mouet vno motu:sꝫ necesse est vt moueat multotiēs motib⁹ eisdeꝫ in specie ⁊ diuersis in nume ro pluribus. ¶ B.d.⁊ vt trāsinutet modis transmutationis contra rijs.i.⁊ necesse est vt illud qd mouet reflexe:moueat modis motuū

Maxia di stātia non inuenit nisi in linea re/ cta.sꝫ vide oppositū.5. physi.23.⁊ primo celi. 28.vbi hꝫ ꝙ linea re/ cta est bre/ uissima.

cõtrarijs:⁊ trãſmutationes cõtrarie impoſſe eſt vt ſint eedē.¶D.dixit:qm̃ finis non cõiungit cuȝ principio ⁊c̃.i. ⁊ cã in hoc eſt:quoniã punctus qui eſt finis:⁊ punctus qui eſt principiũ in motu non circulari ſunt duo rõne ⁊ ſubiecto ⁊ nõ cõiungunt adinuiceȝ.ſ.ita ꝙ ſit idem in ſubiecto principiũ.ſ.vnius motus ⁊ finis alterius: ⁊ hoc intendebat cum dixit.qm̃ finis nõ ꝯiungit cuȝ principio:mot⁹ autem qui eſt ſuper circulũ punctus qui eſt in eo principiũ idem eſt cũ fine ſcȝ qm̃ ſunt vnũ ſubiecto ⁊ duo rõne.Finis igit in eo eſt cõiunctus cũ principio.In circulo eniȝ nullus eſt pũctus nãliter.i.actu qui ſit principiũ aut finis:⁊ cũ fuerit imaginat⁹ in circulo:tũc erit ꝑncipiũ ⁊ finis.extremitates vero linee recte ſunt duo pũcta in actu.

